lib. 11. cap. 2. Item ad lucubrationem vespertinam palos decem,  
vel ridicas quinque conficere, totidémque per antelucanam lu-  
cubrationem.

Lucubratiuncula, diminutiuum. Gell. lib. 20. cap. vli. Voluptatque  
erit lucubratiunculas istas cognoscere.

Lucubratiōria lectica, In Tranquillo Augusto, cap. 78. dicitur in qua  
lucubrare solebat Augustus.

Luxo, as, Membrum aliquod intorqueo, & loco suo moueo, à verbo  
Græco λυω, soluo. { λυω, ἡνερ λυω. } G A L. Desmettre  
de son lieu, lesnouer. I T A L. Slegare, senestrare, mouer di louogo.  
G E R M. Werten. H I S P A. Desconcertar ò desencasar huesos.  
A N G. To put out of ioining. } Vnde luxa, siue luxata membra di-  
cuntur locis suis mota, & soluta. Plin. lib. 38. Cato pro-  
didit luxatis membris carmen auxiliari. M. Varro. podagris. Idem  
lib. 31. cap. 6. Luxata hominum corpora & quadrupedum natando  
in cuiuslibet generis aquam, facillimè in artus redeunt. } Et luxa-  
ti, dicitur quorum membra suis locis mota sunt. } Althææ radix decocta luxatis prodest. [ Suet. in Neron. cap.  
34. Luxata inachinâ lacunaria. ] } Scirpium quoque radices luxari  
dicuntur, quum aratro aut ligone perstrictæ mutilantur, locoque  
mouentur. Plin. lib. 17. cap. 24. Aut culpa vinitorum colentium æ-  
grotant vites, quum perstringuntur: aut circumfossor iniurioso i-  
ctu verberatur, vel etiam subarator imprudens luxauit radices,  
corpulæ desquamauit.

Luxus, xi, Probus in Catholicis, Luxus huius luxus luxuriam scilicet  
significans, Terentius, Adolefcens luxu perditus. Nam luxus va-  
cillans, luxi facit. Sallustius in ablatiuo, luxo pede.

Luxus, xus, Non solum pro venerea, sed etiam, & ferè semper pro-  
prièque pro omni superfluitate, & nimia profusione, & sumptuo-  
sitate cibi, vestitus, & aliarum cura dici solet. { ἡνερ λυχνος. } G A L. Superfluité,  
exces. I T A. Lussuria, somtuosità. G E R. Ein vngemittelter vberflus  
vnmäßig, geitheit. H I S P. Qualquiera superfluidad viciosa, luxu-  
riosa. A N G. All superfluitie and exesse in carnall pleasures, som-  
ptuous fare or building. } Cicer. 5. Verr. Nisi fortè existimatis, eum  
in vino & luxu non risisse, qui, &c. Regali luxu splendida domus,  
Virgil. lib. 1. Æneid. At domus interior regali splendida luxu in-  
struitur. Reg fico luxu paratæ epulæ, Virgil. 6. Æneid. Tacit. lib.  
20. Effugi in luxum, & epulas, & nocturnos cætus. } Luxum depo-  
nere, est fastum, pompam, habitusque splendorem abicere. Clau-  
dian. lib. 2. Sub tua purpurei veniunt fastigia reges, Deposito  
luxu.

Luxuria, siue Luxuries, ei, Lasciuia, petulantia, immodicus volupta-  
tum deliciarumque vsus, nimiaque non modo in rem veneream,  
verum etiam in molliorem vestitum, lautiorisque epulas profu-  
sio. ἡνερ λυχνος. G A L. Superfluité, excez. I T A. Lussuria, superfluità. G E R M A N.  
Vberflusigkeit vnmäßiggeit, geitheit mueru in essen trincken, steiben  
&c. H I S P A. Luxuria, superfluidad. A N G. Superfluitie, exesse. }  
Cicer. lib. 1. Off. } Luxuria cum omni ætati turpis, tum senectuti

scèdissima est. Et paulo post, Turpe est distuere luxuria. Idem pro  
Murana. Odit populus Romanus priuatam luxuriam; publicam  
magnificentiam diligit. Idem pro Sextio Rosc. In vrbe luxuries crez-  
tur, ex luxuria, auaritia, ex auaritia erumpit audacia. Idem 2. Verr.  
Luxuries in flagitiis, crudelitas in suppliciis. [Luxuriæ sumptus vt  
suppeditare possis (de amante) Plaut. Afin. sc. 2. a. 4. ] [In segetibus  
item, cæterisque stirpibus luxuries dicitur, quum alimentum vber-  
tate quodammodo lasciuunt, herbarum frondium vber copiam iu-  
sto maiorem emittentes. Virg. 1. Georg. Luxuriam segetum  
tenera depascit in herba.

Luxuriōsus, a, um, Immodicè voluptatibus deliciisque indulgens, &  
non solum rei veneræ vsu, verum etiam in epularum appara-  
tu, vestiumque ornatu modum excedens, in voluptate corporis  
profusus, lasciuus. { ἡνερ λυχνος. } G A L. Luxurieux, excessif, trop somptueux. I T A L. Lussurioso, dis-  
soluto, somtuoso. G E R M A. Vberflusigkeit vnmäßiggeit. H I S P A. Vicio-  
so, superfluo y luxurioso. A N G. Excessiue, or superfluous, very costly. }  
Quintil. in Proem. lib. 1. Muliebri & luxurioso cultus non cor-  
pus exornat, sed deregit mentem. Cicer. de leg. Agrar. contra Rub-  
lum: Vt in suis rebus, ita in Rempublic. luxuriosus nepos. Idem 6.  
Philipp. Multa & lauta suppellex, non illa quidem luxuriosi ho-  
minis, sed tamen abundantis: Cicer. 2. de Finib. Si ea quæ sunt lu-  
xuriosis facultia voluptatum, liberarent eos deorum & mortis,  
& doloris metu, &c. Ibidem, Luxuriosi reprehendendi sunt ob  
eam ipsam causam, quod ita viuunt, vt perfequantur culusque  
di voluptates. } Luxuriosa lætitia dicitur nimia, & profusior quàm  
par sit, Liu. lib. 2. ab Vrbe condita, Sed patribus nimis luxuriosa ea  
fuit lætitia. } Luxuriosa frumenta, quæ tam confertim, & copiosè  
nimis proueniunt, vt immitti in ea soleant aues ad depascendum.  
Cicer. in Oratore de rusticis agens, Siquidem est eorum gemmare  
vites, sicut agros, lætas esse segetes, luxuriosa frumenta. } Luxu-  
riosa vitis, quæ plures æquo frondes habeat, aut sarmenta. Colum-  
mell. li. 4. cap. 21. Siquidem luxuriosa vitis, nisi fructu compescitur,  
malè deflorescit, & in materiam frondèque effunditur. Luxu-  
riosa pabula, quæ maximam herbarum copiam adferunt. Plin. lib.  
17. c. 4. Nec luxuriosa pabula, pinguis soli semper indicium habet.  
[Luxuriosa oculi, Senec. cap. 2. de Tranquil. Nec petit adscitas luxu-  
riosa dapes. Ouid. 6. Fast. Luxuriosa & valdè lasciuus. Martialis. 8.  
figy. lib. 9.]

Luxuriōsè, aduerbium. { ἡνερ λυχνος. } G A L. Avec excez & super-  
fluité, excessiuement. I T A L. In superfluità, excessiuamen-  
te. G E R M A N I C. Vberflusigkeit / vnmäßiggeit / in mueru  
vnd vberflus. H I S P A N. Viciosa y superfluumente. A N G L.  
Excessiuely, superfluously. } vt, Luxuriosè viuere, id est, mollitè  
& delicatè. Cicer. pro Calio, Cum facinorosis audacter, cum  
libidinosus luxuriosè viuere. [ Timeo ne hæc lætitia ni-  
mis luxuriosè eueniat, ( id est, nimia sit. ) Gell. cap. 3. li-  
bro 7.]

Luxuriōsitas, xuias; neutrum: & luxuriosus, luxuriosus, deponens, Pro-  
spere de plantis dicuntur, quum nimia alimenti vberitate quo-  
dammodo lasciuunt, ramos, frondisque iusto plures emitten-  
tes. { ἡνερ λυχνος. } G A L L I C. S'abandonner à toutes  
superfluités, delices & voluptés, croistre trop. I T A L I C.  
Redondare, suprabondare, lussurire. G E R M A N. Gellen. H I S P A N.  
Enuiciarse, ser superfluo. A N G L I C. To spring or grow rankly,  
to excede, to be wanton and geuen to riot. } [ Luxuriantur,  
lustrantur, comedunt. Plaut. pseud. sc. 7. act. 4. Luxuriant  
corpus in modum Immodicum. Gellius cap. 22. lib. 7. Item  
Vercor ne hæc quoque lætitia luxuriat nobis ac vana euadat,  
Linus lib. 3. bell. Pun. ] Columell. lib. 3. Cacumina virgarum, ne lu-  
xurientur, demutilato. Plin. lib. 18. cap. 24. Aliquid in frigidis ab  
æquinoctio autumnis: in calidis ferius, ne ante hyemem luxu-  
rient. Agri quoque præpingues luxuriant dicuntur, quum  
abundè stercoreati præter modum feraces euadunt. Ouid. 1. Epist.  
Luxuriat Phrygio sanguine pinguis humus. } Transfertur &  
ad homines, quos & ipsos luxuriare dicimus, quum rebus secun-  
dis, otio vberè lasciuunt. { G E R M. Dem vberflus mueru vnd  
gellheit plegen. } Tibullus, luxuriant animi rebus plerunque se-  
cundis. Ouid. Epist. 15. Deliciisque decet luxuriare notis. Idem  
lib. 5. Fast. Nos quoque idem facimus tunc, quum iuuenilibus  
annis Luxuriant animi, corporaque ipsa vigent. Liu. lib. 1. Po-  
sitis exterorum periculorum curis ne luxuriarent otio animi,  
quos metus hostium disciplinæque militaris continuerat. } A lu-  
xurior sit compositum Eluxurior, de quo vide suo loco.

Luxuriāns, tis, particip. { ἡνερ λυχνος. } A N G. That  
vseth things excessiuely. } Horat. lib. 1. Epist. 2. Latiumque  
beabit diuite lingua: Luxuriantia compescet: nimis aspera sa-  
no Leuabit cultu. [Luxuriantem civili sanguine Antonium. Se-  
nec.]

Luxuriātus, participiu, { ἡνερ λυχνος. } A N G. That  
hath vseth things excessiuely. } Ouid. lib. 3. Trist. Non tamen vt lu-  
sit, rursus mea litera ludeat: Sit semel illa mea luxuriata ioco. Fa-  
mes luxuriata multo sanguine. Stat. 2. Theb.

L ante Y

LYÆVS, æi, pen. prod. λυα. Vnum ex Liberi patris cognomini-  
bus, inde impostum, quod immoderatus vini vsus pariat, hoc  
est, rixam & seditiones. } G E R. Ein zunan Buechueder der weis. }  
Est certè ἡνερ λυχνος ἡνερ λυχνος ἡνερ λυχνος, hoc est, ab eo quod  
ebriorum membra soluat, vnde & λυα ἡνερ λυχνος ἡνερ λυχνος  
Virgil. lib. 4. Æneid. Legifera Cereri, Phœbòque, patrique  
Lyæo.

LYÆUS, a, um, pro Lyæius. Virg. lib. 1. Ænei. Regales inter mensas, la-  
ticemque Lyæum.



**L Y C A B E T V S**, beti, pen. prod. *λυκαβητις*, Suidæ, Atticæ mons est, apud *Plin. lib. 5. cap. 7.*  
**L Y C A E A**, *λυκαία*, Sacra erant in Lycæo Arcadiæ monte in honorem Panos fieri solita, quæ postea ab Euandro in Arcadiam translata, Lupercaria dicta sunt, ut placet *Ouid. lib. 2. Fast.* Pausanias tamen in Arcadicis Lycæa Iouis sacra fuisse tradit à Lycæone Pelasgi filio ad Iouis Lycæi aram primam instituta. *Vide Calium Rhodig. li. 24. cap. 17.*

**L Y C A E V S**, *λυκαίου*, Arcadiæ mons, Ioui sacer, teste Pausania in Arcadicis, olim etiam Olympus & *ἱεὺς λυκαίου*, id est, sacer vertex ab incolis appellatus, quod Iouem ibi educatum existimarent. {GER. Ein berg in Arcadia dem Jupiter zugeeignet.} In quo etiam monte Iouis Lycæi ara fuit, à Lycæone Pelasgi filio primam consecrata, quam quum postea mactati pueri sanguine resperisset, in lupum dicitur esse transformatus. Erat ibidem & Iouis lycæi lucus, quem si quis lege spreta esset ingressus, annum superuiuere negabatur. Item fons insignis, nomine Agno, tam admirabilis naturæ, ut re diuina ibi curiosius peracta, quernôque ramo aqua leuiter commota, mox densus inde surgeret vapor nebulae affinis, quæ non multo post effecta nubes, aggregatis item aliis, largos dimitteret imbres. *Hac Pausanias.* Constat tamen lycæum montem non soli Ioui, vermetiam Pani sacrum fuisse. *Virgil. I. Georg.* Ipse nemus linquens patrium, saltusque lycæi, Pan ouium custos, tua si tibi Mænala curæ, Adhuc ð Togeæ fauens. Hinc etiam Lycæus passim à Poëtis cognominatur. *Idem l. 8. Æneid.* gelida monstrat sub rupe Lupercal, Parrhasio dictum Panos de more Lycæi.

**L Y C A M B E S**, bis, per tertiam, vel Lycambes bæ, per primam declinationem, *λυκάμβρης*, Neobules pater fuit, qui quum filiam Archilochi poëtæ despondisset, posteaque pœnitentia ductus, non tradidisset, tam acerbo carmine ab eo est perstrictus, ut vnâ cum filia laqueo vitam finierit. *Horat. in Epod. Ode 7.* in malos asperimus Parata tollo cornua: Qualis lycambæ spretus infido gener.

**L y c a m b e ũ s**, a, um, penult. prod. *Oui. in Ibin.* Tincta Lycambeo sanguine tela dabit.

**L Y C A O N**, penult. prod. genitiuo Lycaonis, pen. cor. *λυκαίων*, Arcadiæ Rex fuit, Pelasgi filius, quem Iupiter, quod aram suam in Lycæo monte, mactato puero, sanguine resperisset, in lupum mutauit: ut scribit Pausanias in Arcadicis. {GERM. Ein löwen in Arcadien / welchen Jupiter vmb einer mtschändung wilsen / etnê woff wandlet ha.} *Ouid. tamen lib. 1. Metamorph.* omnino aliam tradit transformationis huius causam, quæ sic habet: Iupiter aliquando quum multa de humani generis impietate inaudisset, neque tamen omnia crederet, ut rem omnem certius exploraret, relicto cælo in terras descendit: aliquotque regionibus peragratis, tandem sub noctem in Arcadiam peruicacit ad Lycaonis regiam, vbi quum se Deum esse significasset, vulgusque se ad sacrificia accingeret, irridens credulitatem eorum Lycaon, ea ipsa nocte se periculum facturum esse dixit, deumne, an mortalem hospitio suscepisset: conatusque est noctu dormientem interimere. Quod quum frustra tentasset, alia ratione rem aggressus est. Habebat obfides à Molossofium gente ad se missos. Horum vnum iugulauit, partimque aſsum, partim elixum, Ioui epulandum apposuit. Cuius rei immanitate indignatus Iupiter, regiam tyranni immisso fulmine exuſit, ipsumque in sylvas fugientem, in lupum transformauit. Alius fuit Lycaon Nelei filius: & frater Nestoris, quem Hercules capta Pylo interemit. Alius item fuit Priami filius ex Laothoë Atar Lelegum regis filia, quem Achilles in bello Troiano interemit: *ut placet Homer. lib. 21. Iliad.* Lycaon, item faber insignis fuit ex Gnoſſo Cretæ vrbe, artifex eius ensis, quem Alcæus dedit Euryalo: *de quo Virg. 9. Æneid.*

**L Y C A O N I A**, *λυκαονία*, Asia regio, Cappadociæ pars, secundum Ptolemaum ad Taurum montem pertingens ea in parte, qua Paphlægia inueniet. {GER. Ein erſte the landtschafft des minderen Aſiâs / ſoſſet gegen auffgang an berg Taurum.} Vrbes habet Iconium, adopiſſum, Cannam Paralaïda, aliâque complures quas vide apud *Ptolemaum lib. 5. cap. 6.* Lycaonia item olim appellata fuit Arcadia, à Lycaone, Rege, Pelasgi filio, & patre Arcadis, à quo deinde Arcadia dicta fuit. [*Oui. Eleg. 2. lib. 3. Trist.* Quæque Lycaonio terra sub axe iacet.]

**L y c a o n e ũ s**, pen. corr. *λυκαονίης*, Populi Lycaoniae in finibus Cappadociæ ad Taurum montem, qui & Lycaonij appellantur. Lycaones alij à *Ptolem. li. 5. ca. 2.* collocantur in finibus Lyciæ, non procul à Themiſoniis.

\* **L y c a o n i ũ s**, Adiectiuu. *λυκαονίης*, vt, axis Lycaonius, Septentrionalis. *Ouid. 3. Trist. Eleg. 2.* Quæque Lycaonio terra sub axe iacet.

**L y c a o n ũ s**, aliud adiectiu. Idem quod Lycaonius. *Ouid. l. 2. Fast.*

**L y c a n t h r o p i a**, *λυκανθροπία*, Melancholicæ affectionis siue insanix genus est, quo qui afficiuntur, lycanthropi, *λυκανθροπία* dicuntur, teste *Ægineta*, eò quod lupos imitentur, noctu è lectis exilientes, & ad diem vsque inter sepulchra diuersantes, facie interim pallida, oculisque arefcentibus & lingua sitibundi quoque, eruribusque immedicabiliter exulceratis.

**L Y C A P S V S**, Vicus propè Lydiam, *Steph.*

**L Y C A S T E**, *λυκάστει*, Filia fuit Priami ex concubina, cuius amore flagras Polydamas Antenoris & Theanſtis fororis Hecubæ filius, eam vxorem duxit. Fuit item Lycaste meretrix nobilis apud Drepanu Siciliæ vrbe, ob formæ excellentiam Venus appellata, quæ quum Buren, Amyci Bebrycorum regis filium hospitio excepiſſet, eius concubitu vsa, Erycem ei peperit: quo factum est, ut apud posteros creditum fuerit Buren ex Venere Erycem genuiſſe. *Vide supra*

in dictione BYRHS.  
**L Y C A S T V S**, *λυκάστει*, Vrbs Cretæ ita dicta à luporum multitudine, quæ ibi esse perhibetur. *Strab. l. 10.*

**L Y C E V M**, pen. prod. *λυκείον*, Gymnasia celeberrimi nomen iuxta Athenas, in quo Aristoteles frequentissimo auditorio philosophiam profitebatur, quem admodum Plato in Academia. {GER. Die ſchul Aristotelis bey Athen.} *Cic. l. 1. Academ.* Qui erant cum Aristotele Peripatetici dicti sunt, quia disputabant inambulantes in Lyceo. Fuit & Lyceum gymnasium Ciceronis in fundo Tusculano, a nomine scholæ Aristotelicæ ita dictum, de quo *l. 1. Diuin.* Nuper, inquit, quum essem cum Quint. fratre in Tusculano, disputatum est. Nam quum ambulandi causa in lyceum venissemus, id enim superiori gymnasio nomen est, Perlegi (inquit ille) tuum paulò antè tertium de Natura deorum. Huius nominis penult. producit à Cic. in versu illo, Inque academia vmbriſera, nitidòque Lyceo, Fuderunt claras secundi pectoris artes.

\* **L y c e ũ s**, *λυκείος*, Mons Arcadiæ, qui Pani deo sacer fuit, & vbi templum bicornis Fauni. *Ouid. l. 2. Fast.*

\* **L y c h a s**, *λυχας*, nomen famuli Herculis. *Ouid. lib. 9. Metamorph.*

**L Y C H N I D V S**, *λυχνίδης*, vulgò *Ocrida* Macedoniæ oppidum, sub Candauia monte situm, ad viam Egnatiam, quæ ab Apollonia, marique Adriatico in intimam Macedoniam ducit. *Autor. Strab. lib. 7. Ptol. l. 3. cap. 14.*

**L y c h n i ũ s** coronaria. {*λυχνίς coronaria*.} Herba est quæ à Romanis genicularis vel bellaria vocatur. Florem habet violæ albæ magnitudine, sed purpuream. Nestitur ad coronas. *Pl. l. 21. c. 4. rosam Græcam appellat: vulgus hodie Cadelariam.* Lychnis syluestris, *λυχνίς αγία*, herba est satiuæ lychnidi per omnia similis, cuius radicem Asiatici boliten vocant. Dioscorides à Romanis accipitrinū pedem appellari testatur. Penitus tamen diuersa est à lysimachia siue lutea, quam vulgus hodie *Accipitrini pedis* nomine cognoscit. *Plin. l. 25. c. 10.* Lychnidem agriam scribit esse herbam lino similem, radice nulla, flor. hyacinthi, semine vitularum narium similitudinem referente, aliòque nomine antirrhinon, siue anarhinon appellari.

**L y c h n i t e ũ s**, penult. prod. {*λυχνίτης*.} Marmor album quod in Pars insula effodiebatur: sic cognominatum, quod ad lucernam in cuniculis exaderetur. *ſicut Plin. l. 36. ca. 5. testatur.* Est etiam hoc nomine gemma ardens, ita dicta à lucernarum accensarum præcipua gratia. *Plin. l. 37. c. 7.*

**L Y C H N I T I S**, idis, *λυχνίτις*, Lacus in Occidentali tractu Macedoniæ, sub Carnania monte, cui imminet oppidum nomine Lychnidus. *Vide Steph. ðει το λυχν. ἐν Strab. li. 7.*

**L y c h n i t i ũ s**, *λυχνίτις*, Herba est ex phlomidis generibus, alio nomine thryallis dicta: foliis ternis aut quaternis crassis, pinguibus, plumosis, ad lumina lucernarum vitibus. *Autor Plin. libro 25. cap. 10.*

**L y c h n ũ s**, ni, {*λυχνίς*.} Græcis idem est quod nobis lucerna, *ἡ το λυχνίς πύριον*. **G A L.** Lampe, lumiere, chandelle. **ITAL.** Lucerna, lume. **GERM.** Einlicht / terq oder ampel. **HISPAN.** Candil, lumbr. **ANGL.** A lampe, light or canale.} quod tenebras soluat. *Virg. l. 1. Æn.* Dependent lychni laquearibus aureis. *Plautus.* Lucernam emunge parumper, vt videat anus vbi pedes ponat. Lychni pensiles, lucernæ erant multis lucentes myxis quæ ex laquearibus suspensæ, totum illustrabant triclinium. Hinc elychnium, *ἐλυχνίον*, dicitur funiculus, qui lucernis adhibetur, vt affuso oleo flammam nutriat.

**L y c h n o b i j**, {*λυχνόβου*.} Dicti sunt, qui loco dierum noctibus vtunt, & ad lucernas viuunt, quasi lucernarij. Apparatus pro verbi ioco dictos, qui lucernariam vitam ducunt, vt torqueri possint in nocturnum potoregi, vel hominem supra modum studiosum, qui (quemadmodum dictum de Demosthene) plus absumat olei quàm vini: vel in sordidum & parcum, quasi de lucernario oleo vitiatatem. *Senec. vlt. ep.* Nil consumebar, nisi noctem. Itaque crebro dicitentibus illum quibusdam auarum & sordidum. *Vos, inquit,* & lychnobium dicitis.

**L y c h n ũ c h ũ s**. {*λυχνόχου*.} **G A L.** Vn chandelier, ou qui tient la lampe, qui tient la chadelle ou autre lumiere. **ITAL.** Lucerniere. **GERM.** Einlicht / ſtock altes das darauff ein licht ſteht / em licht itager / ð des zundet. **HISP.** Donde se pone el candil. **ANGL.** A candlestick.} Græcè nominatur quicquid lucernas sustinet, siue id sit candelabri genus, siue homo qui ipsam lucernam gestans. *Pl. l. 34. c. 3.* Placere & lychnuchi pensiles in delubris, aut aiborum modo mala sequentium lucentes.

**L y c h n u c h i** pro hominibus qui lucernas portabant, quique ab elephantis gestabantur. *Suet. in Cas. dicta. cap. 37.* Ascenditque capitolum ad lumina quadraginta elephantis dextra atque sinistra lychnuchos gestantibus.

**L Y C I A**, *λυκία*, Regio minoris Asiæ: inter Pamphiliam & Cariam sita. {GER. Ein landtschafft des minderen Aſiâ zwischen Pamphiliam vnd Cariam getzogen.} olim (si poetarum fabulis credimus) Chimæra monstri ignibus infestata. Cuius fabulæ occasionem prebuit Chimæra eius regionis mons crebro ignem eructans. Dicta est autem Lycia à Lyco Pandionis filio, Vrbe quem habet Pataram Apollinis oraculo celebratam: à qua Apollo Patareus cognominatur. [*Rhodiæ & Lyciam subegit. Plaut. Curcul. sc. 1. a. 5.*]

**L y c i ũ s**, gentile. *Virgil. l. 1. Æneid.* Vnam quæ Lycios, fidumque vehent Orontem.

**L y c i ũ s**, a, um, adiectiuum, vt Lyciæ sortes, apud *Virg. 4. Æneid.* id est, sortes Apollinis, qui in Lycia apud Pataram responsa edebat.

**L Y C E I D A S**, *λυκεϊδαί*, Nomen Centauri vnus ex iis qui Pirithoo Hippodamiam sponsam eripere conati, à Lapithis interempti sunt.



sunt. Ouid. 22. Metamorph. At non Eurynomus, Lycidafque & A- ræus & Imbreus Effugere necem. ¶ Est & nomen pastoris apud Virgil. 9. Eclog.

**L Y C I M N I U S**, siue potius Lycimnius, λυκιμνιος. Anus maternus Herculis, quem Tlepolemus, eiusdem Herculis ex Astiochia filius iam ætate prouectum interfecit. Auctor Homer. in Cata- logo.

**L Y C I S C A**, Nomen canis proprium, à lupi (vt videtur) similitudine impositum, siue ab eo quod lupum coerceat. Virgil. 3. Eclog. Mul- tum latrante Lycisca. Seruius Lycisca vocari arbitratu canes ex lu- po & cane femina natas: cuiusmodi in Cyrenaica Lybia gigni scribit Aristoteles, Plin. lib. 8. cap. 21. hoc genus hybridas Crocutas vocat, omniaque dentibus frangere ait, & deuorata protinus con- coquere.

\* **L Y C I C U S**, nomen cuiusdam pueri. Horat. Epod. 11. 5.

**L Y C I U M**, λυκίον. Dioscoridi spinæ genus, folia habens buxeis similia: vnde & pyxacantham appellauerunt Virgas habet tricubitales, quib- cum radicibus rufis, succo que expresso, fit medicamentum, quod & ipsum Lycium appellant. Nascitur hæc spina copiosissimè in Ly- cia Asiæ regione, teste Dioscoride: vnde & nomen videtur accepisse. Plin. lib. 24. 14. Lycium præstantius è spina fieri tradunt, quam & pyxacanthon Chironiam appellant.

**L Y C I V S**, λυκίος, Apollinis cognomen. ¶ GERMAN. Ein junnam Apollinis oder der Sonnen. ¶ vel λυκίος, quo nomine præci Græcorum dicebant lucem illam quæ præcedit Solem vel (quod verius puto) à Lycia Asiæ regione, in qua præcipuè colebatur. Ha- bet enim ea regio Pataram urbem Apollinis oraculo insignem. Non enim sunt audiendi, qui quod lupi naturam imiterur hau- riendo humore vi caloris vehementiore, Lycium dictum con- tendunt.

[Lycio, nomen Trapezitæ. Plaut. Cur. sc. 3. a. 2.]

**L Y C O C T O N O N**, λυκοκτόνον, Aconiti genus, ita dictum, quod eo in crudæ carnis ossis occultato lupos necat venatores. Vide Dioscorid. li. 4. cap. 66.

**L Y C O M A R E S**, λυκομαρής, Scyri insulæ rex, cui Thetis filium suum dor- miente præceptore suo Chitone clam raptum seruandum tradi- dit, vt ibi inter eiusdem regis filias (erat enim facie venusta & ele- ganti: ita vt facile pro puella sese gereret) muliebri habitu indu- tus latitaret, ne ad bellum Troianum, à quo non reuersurum scie- bat, proficisci cogeretur. Apud quem quum delitesceret, Deida- miam regis filiam vitiauit, & ex ea Pyrrhum suscepit. ¶ Fuit & al- ter Lycomedes Creontis filius, cuius meminit. Hom. I. 9. 11.

**L Y C O N** λυκων, Philosophus Peripateticus fuit, ex Troade Asiæ regio- ne, in dièdo aded suauis, vt pro Lycone Glycon nominaretur, tracto nomine à dulcedine. ¶ GERMAN. Ein wothbederter Philosophus auß Troade in Asia bürtig. ¶ Hic fuit cultu & vestium mollitie niti- dissimus, lucta & pilæ lusione exercebatur. Pœiit podagræ morbo annos natus septuaginta quatuor. ¶ Fuit præterea Lycò quidam ora- tor, vnus ex accusatoribus Socratis: de quo Laertius in vita Socra- tis. Fuerunt & alij eiusdem nominis quorum meminit idem Laer- tius.

**L Y C O N E**, λυκωνία, Vrbs Thraciæ, gentile Lyconeus. Steph.

**L Y C O P H R O N**, λυκοφρων, Poeta patria Chalcidensis, natura quidem Sophoclis grammatici, adoptione verò Lyci Rhagini historici fi- lius inter septem poetas, qui Pleiades dicebantur à numero stella- rum à Philadelpho Ptolemæo receptus. Erant autem bi, Theocri- tus, Aratus, Nicander, Apollonius Philæus, Homer. junior & Ly- cophron. Tragedias eius enumerat Suidas. Scripsit & Alexan- dram, poemata valde obscurum, in quo agit de vaticiniis Castan- dræ: exorsusque ab Hercule & rebus Troianis, profequitur vsque ad Alexandrum Macedonem. De huius morte Ouid. in Ibin. Vt- que cothurnatum periisse Lycophrona narrat, Hæreat in fibris fixa sagitta tuis. ¶ Alius fuit Lycophron Periandri Corinthiorum regis filius ex Melissa, Proclis Epidauriorum Tyranni filia, quam quum Periander gravidam, ictu calcis occidisset, Lycophron cum Cypselo fratre suo ad Proclen se recepit. Verum repente filios Pe- riandro quum Procles dimittere cogeretur, flens admonuit, me- minisse eos debere quisnam matrem eorum occidisset. Quod ver- bum tam late Lycophronis menti infedit, vt Corinthum reuersus adduci non potuerit, vt aut prior patrem salutaret, aut ab eo com- pellatus, verbum vllum responderet. Qua filij pertinacia irritatus Periander, ædibus eum eiecit, edicto simul proposito, Apollini vt sacer esset quisquis eum tecto reciperet. Cuius edicti metu quum ab omnibus excluderetur, quarta demum die in porticu quadam à patre iauentus, illuue squalidus & inedia tantum non enectus, blandè que ab eo inuitatus, vt posita pertinacia regni successionem miserimo præferret exitio, nihil aliud respondit, quam caput eius Apollini debere, quod contra edictum in colloquium suum venis- set. Periander itaque animaduertens grauius esse malum filij, quàm cui facile mederi posset, in Corcyram (nam & illi imperabat) eum ablegandum curauit. Verum quum ingrauescente iam ætate Pe- riander sibi conscius esset, se deinceps tyrannidi administrandæ minus idoneum esse, missa ad Lycophronem sorore, ad regni ad- ministrationem eum euocauit. Cui quum ille respondisset se patre viuo Corinthum non reuersurum, hanc ei conditionem tulit Pe- riander, sese in Corcyram concessurum, modò ipse ad tyrannidis successionè sese in Corinthum conferret. Id approbante filio, Pe- riander conscensa nauis, in Corcyram cursum tenuit, futurus ratus, vt filius mitteretur Corinthum. Quæ res eum magnopere fessellit. Edocti enim de his omnibus Corcyraei, qui Periandro malè cupie- bant, vt aduentum eius intercluderent, Lycophronem interiimūt. Quod facinus tam indignè tulit Periander, vt insulam vi ingressus trecentos primorum Corcyzorum pueros Sardis ad Helyatten regem miserit castrandos: qui tamen quum Samum appulissent, beneficio Samiorum seruati sunt, & incolumes domum remissi. Vi- de Herodot. lib. 3. & Laert. in Periandro.

**L Y C O P H T A L M O S**, λυκοφθαλμος. Gemma est quatuor colorum, ex ru- tilo & sanguineo: in medio nigrum caedido cingitur, vt luporum oculi, illis per omnia similis. Plin. l. 37. c. 11.

**L Y C O P O L I S**, λυκοπολις, Vrbs Ægypti, à lupis dicta, quod Æthiops Æ- gyptum incursantes, lupi facta acie vsque ad urbem elephantiam repulissent. Ibi Ægyptij Lycopolim condiderunt à bestis illis no- men imponentes: quas etiam pro diis coluerunt. Auctor Diodor. l. 2. Germanicè dici posset wolfstadt.

**L Y C O P S I S**, λυκοψις, Anchusæ species, longiorib. quàm lactuca foliis, crassiorib. que, caule longo, hirsutò que. Vide Plin. l. 27. c. 11. Galli Linguam caninam appellant.

**L Y C O R E A**, λυκορέα, Vicus in Delphis à Lycoreo rege. Ciuis Lycorus, Lycorus Lycorites. Est & Lycoreus Iupiter, & λυκορέα per ei re- peritur. Steph.

**L Y C O R I S**, λυκορία. Volumnij Senatoris liberta fuit, vero nomine Ci- theris dicta, misè à Cornelio Gallo adamata: quo tamen spero: Antonium in castra sequuta est. Vir. 10. Eclog. tua cura Lycoris Pær- que niues alium, pærque horrida castra sequuta est.

**L Y C O R M A S**, λυκορμας, Steph. Fluuius est Ætolia flauus arehas voluens. Hic postea Euenus ab Eueno rege Ætolia, qui se in illum præci- pitauit appellatus est. teste Strab. l. 7. Ouid. l. 2. Met. Arsurusque ite- rum Xanthus flauusque Lycormas.

**L Y C O S**, λυκος. Minimum aranei genus à rapacitate dictum. Plin. l. 30. c. 6. Araneus & maximè qui lycos vocatur, dolenti medetur Iteni. Idem alibi lupum appellat, vt l. 11. c. 24. Luporum nomine minimi non texunt.

**L Y C O S T H E N E S**, λυκοσθένης vel λυκοσθένεια, Vrbs Lydiæ Steph. Gentile Ly- costheneus vel Lycosthenites.

**L Y C O Z E A**, λυκοζέα, Vrbs Thraciæ. Ciuis Lycozei. Steph.

**L Y C O S Y R A**, λυκοσύρα, Vrbs Arcadiæ in Lycco monte, inde Lycosu- reus. Steph.

**L Y C T O N I A**, Vrbs Cretæ insulæ, vt notat Tortelius.

**L Y C T V S**, λυκτιος. Cretæ vrbs edito in loco sita: vnde & Lithon quidam appellauerunt, teste Steph. de urb. & Strab. l. 10.

**L y c t i u s** gentile, λυκτιος, vt Lyctius Idomencus, apud Virgil. 3. Æ- neid.

**L Y C V R G V S**, λυκοργος, Nobilis Spartiata fuit, Polydectæ filius, & fra- ter Eunomi Lacedæmoniorum regis: cui etiam in regnum successit, ignarus Eunomum vxorem grauidam reliquisse. GERMAN. Ein bruder Euno mi des Lac. dâmonier tönigs/ welcher sich nach des abstr. then des reichs vaterwunden/ vnd mit gaten gshen angethien hatte. ¶ Quod vbi primùm cognouit, posito regis nomine, Proclis, nec est, tutoris nomen assumpsit, regique adulto (Charilaò ei no- men erat) regnum fideliter restituit. Verum quum ciuitatem pessimè institutam animaduerteret ad constituendam salubriori- bus legibus Rempubliam animum adiecit. Conscriptis ita- que iis quæ longa peregrinatione didicerat ciuitati vtilia fore; Delphos sese contulit, vt dei quoque consilium in re sanctissi- ma exploraret. Quumque Pythia consilium eius à Phæbo ma- ximè probari, deique potius quam hominis inuentum esse re- spondisset, alacrior ad peragendum institutum factus; so- ro aliquot armatis occupato, leges suas perfert: quibus quum iam ciues mediocriter affluactos videret, vt quas tulerat leges, æternas quoque redderet, hanc rationem commentus est. Simulat arduum quiddam ad huc superesse, quod ad ciuitatis salutem pertineret, quod tamen inconsulto oraculo aggrediendū non esset: eaque de causa se Delphos proficisci velle. Interim ta- men Reip. interesse, vt leges quemadmodum latæ erant in reditum suum inuiolatæ seruaentur: idque ita futurum primùm à regibus, deinde à cæteris omnibus iusurandum exigit. Profectus itaque Delphos quum Pythiam respondente audisset, nihil legibus il- lis absolutis esse: felicissimamque fore ciuitatem eam in qua il- læ quàm diutissimè seruaentur, constituit sibi amplius in patriam non esse redeundum, ne illi aliquando iureiurando soluti, leges suas excuterent. Misso itaque Spartam oraculo, amicòsque itineris comites amplexus, iisque dimissis, Cirrham concessit: vbi mortuus sibi manibus necem consciiuit. Quamquam alij Crissæ: nonnulli et- iam in Creta interiisse volunt: vbi etiam eius sepulchrum apud Pergameam urbem ostenditur. Spartani mortuo sacellum conse- crarunt: & ob singularia eius in patriam merita diuinis ei hono- res tribuerunt. Vide latius vitam eius apud Plutarchum. ¶ Fuit & Lycurgus Nemeæ rex, & pater Archemori, alumnus Hypsipyles: cuius meminit Statius libro 5. & 6. Thebaidos. ¶ Fuit & Lycurgus alius, Thraciæ rex, filius Dryantis, qui quod Thracas immoderatè vino dedito conspiceret, vites omnes toto regno excidi iussit: vt scribit Plutar. eo in opusc. quod de poetarū vtilitate scripsit. Hinc datus est poetis locus fabulæ, Lycurgum in festissimo Bacchum o- dio profequutum esse, aded vt nutrices illius in Nysa latentes per- sequeretur, & Baccho ipsi tantum terroris incusserit, vt præcipiti fuga tracto mari, in Narum se receperit: idèque iusta numinū ira Lycurgum in furorem conuersum: & quum vites quoque, ne Baccho in posterum libaretur, excidere vellet, tibias sibi succidis- se. Hic est ille Lycurgus, cuius meminit. [Plaut. Capt. sc. 4. a. 3. Alc- mæon, Orestes, Lycurgus, insani.] Item Virgil. 3. Æneid. Terra pro- cul vastis colitur Mauortia campis: Thracæ arant, acri quondam regnata Lycurgo.

**L y c u s**, a, um, pen. pro. λυκος. Cic. ad Attic. lib. 1. Nosmetipsi qui Lycurgei à principio fuissimus, quotidie dimitigamur. Vbi in terpes, Lycurgei, id est, optimates, legum affectæ, & propugnato- res, quales Lycurgus apud Laconas legum conditor. Budæus seu- rissimum interpretatur.

**L y c u s**, λυκος, Bœotia rex fuit, Qui Antiopeam Nyctei regis filiam vxorem duxit, quam postea, quum à loue in Sarycum conuerso cõ- pressam cognouisset, repudiavit, Dircemque vxorem duxit: quæ verita ne Antiope eum Lycò in gratiam rediret, acerbissimis eam in vinculis asseruauit: quibus Iouis miseratione dissolutis, in Cithæ- Tom. ij. E. iij



ronem montem profugit, ubi Amphionem & Zethum peperit: qui postea à pastore qui ipsos nutrierat, de Lyci iniuria edocti, cum vna cum vxore, interfecerunt. ¶ Alius fuit Lycus quidam exul Thebanus, qui id temporis quo Hercules ad inferos descenderat, rei bene gerentis occasionem sibi oblatam ratus, Creonte occiso, regnum Thebanorum occupavit: quòque iam Megaræ Hercules vxari vim inferre pararet, opportuno illius reditu oppressus est, & cum suis omnibus interfectus. Vide Senecam in Hercule furente. ¶ Fuit item Lycus, quidam ex Æneæ comitibus, de quo Virgil. lib. 1. Nunc Amyci casum gemit, & crudelia secum fata Lyci. ¶ Est etiam Lycus, fluvius in Pontu præter Heracleam Mariandinorum in Pontum Euxinum influens. Auctor Plin. ¶ Alius item est eiusdem nominis fluvius in Asia, Laodiceam præterfluens: cuius meminit idem Plin. lib. 5. cap. 29. ¶ Est item Lycus Germaniæ fluvius, Rhætos dirimens à Viudelicis, & præter Augustam Vindehelicorum in Danubium illabens, teste Prolem. lib. 2. cap. 12. ¶ GER. Ser. 116.

**L Y D D A**, Ἰουδαία, Iudææ oppidum, ad oceanum Jordanis fluvij, teste Prolem. lib. 5. cap. 16. & Plin. lib. 16. c. 14. Vulgò Rama.

[Lyde dilecta claro Poetæ, Ouid. Eleg. 5. lib. 1. Trist.]

**L Y D I A**, Ἰουδαία, Regio Asiæ minoris, Cræso rege & Pætolio aurifero flumine nominata, quæ flexuosis Meandri amnis recursum perfusa, super Ioniam procedit, Phrygiæ ab exortu Solis vicina, ad Septentrionem Myliæ, Meridiana parte Cariam amplectens. ¶ GERMA. Et in tanaidiasse tres mnderes Asiæ stoff. nō an Phrygiam. ¶ Lydia dicta est à Lydo Atys filio, quum antea Mroonia vocaretur. V. habet Philadelphia, Hypepas, Magnesium, & Sardis Cræsi regiam, totiusque reg. ois caput. ¶ Huius regionis incolæ Lydi dicuntur, qui primi aurum, argentumque signarunt: primisque cauponas infitoris que fuerunt, Auctor Herodot. lib. 2. ¶ Lydus in meridie, Ἰουδαία. In hominem insanatæ autetiam intempertæ libidinis dicitur. Narrat Lydos ad. d. libidine perditos fuisse, vt non tantum nocte vacarent voluptati venereæ, verum etiam ipso meridie lascivirent, manibus sædū opus peragentes. Vnde Ἰουδαίαν dicunt Græci pro Lydorum more vitæ agere. ¶ Lydus cauponatur, Ἰουδαίαν. In effeminatos & voluptatis addictos tacitatur. ¶ Lydum in planicem prouocas, Ἰουδαίαν. In cum competi qui lasciviam dudum ad id propensum ac promptum. Notati sunt Lydi, quod ad bellum capessendum plus æquo propensiores essent.

**Lydius lapis**, Corticula est, cuius atritu aurum proditur cuiusmodi sit: alio nomine Heraclea lapis vocatus, teste Theophrasto de natura lapidum, βάρβαρος. Latini etiam indicem appellant: in quem Batus ille pastor apud Ouidium transfiguratus fingitur, manente nimirum etiam num prodenda studio. De hoc meminit Plin. lib. 33. cap. 8. his quidem verbis, Auri argentique mentionem comitatur lapis, quem Corticulam appellant, quoniam non solitus inueniri, nisi in flumine Tmolio, vt autor est Theophrastus: nunc vero passim, quem alij Heracleum, alij Lydium vocant. Is corticulis periti quum è vena, vt lima rapuerunt experimentum, protinus dicunt quantum auri sit in ea, quantum argenti, vel æris, scrupulari differentia, mirabili ratione non fallente. ¶ Vicem autem proverbi habet in eos qui vehementer acri, exactoque iudicio sunt, vt lapides Lydi, Ἰουδαίαν, Ἰουδαίαν vocentur. [Tibull. lib. 4. Non mihi regna Lydia, non magni potior sit fama Philippi.]

[Lydij barbari, i. Ludij. Vide Ludius.]

**L Y D I V S**, Ἰουδαίαν, Hercules filius ex Iole. Alter filius Athyos, & frater Tyrrheni: à quo Lyda regio est appellata. Nam quum propter terræ fertilitatem Mæonia populum suum alere non posset. Tyrrhenus forte iacta discendens, cum ingenti multitudine ad Italiam veniens, eam tenuit partem, quæ ad mare inferum versa est, & à se Tyrrheniam nominavit, marisque ipsum Tyrrhenum: Lydus vero remansens, Mæoniam de suo nomine vocavit.

**L Y D I A M V S**, Ἰουδαίαν, Naxius quidam fuit, Pisistrato in recuperanda tyrannide adiutor. Herodot. lib. 1.

**L Y D A N V M**, Oppidum Theuthraniz, quæ Myliæ pars est, teste Plin. lib. 5. cap. 30.

**Lygos**, seu Lygus, Ἰουδαίαν. Frutex est ad iustæ penè arboris magnitudinem excrelens in asperis nascens locis, & ferè in aluminium ripsis, ramos habens longos, folia olivæ, sed molliora. ¶ Duo eius sunt genera, vnum flore partim albo, partim purpureo: alter è flore purpureo tantum, & semine piperi non dissimili. Ratio nominis dicta est à ramorum flexibilitate. Nam Ἰουδαίαν, à Græcis dicitur vimen. Ob quam etiam rationem à Latini Vitex dicitur, Officinæ vocant, Agnitiæ casum.

**L Y L E**, Ἰουδαίαν. Vrbs Arcadiæ. Gentile Lyæus. Steph.

**L Y M I R A**, Oppidum est Lyciæ, cum fluvio eiusdem nominis, in quem Arycandus influit, teste Plin. lib. 5. cap. 17. Ptolemæus transpositis vocalibus Ἰουδαίαν appellat.

**Lymphæ**, Ἰουδαίαν. G. A. L. Eau. I. T. A. L. Acqua. GERMA. Wasser. H. S. P. Agua. ¶ A nostris aqua, per mutationem n in l quasi Nympha. Nam Græcè dicitur Ἰουδαίαν. Colum. lib. 10. Doctaque Partenoep Sebethide rosida lymphæ. Virg. 4. Æneid. -D c corpus properet: fluviali spargere lymphæ. Hor. Epod. 16. -montibus altis Leuis crepitante lymphæ desilit pede. Virg. 9. Æneid. -hausit de gurgite lymphas, Restinguere pocula lymphæ, Horat. I. Serm. Sat. 5. [Tibull. lib. 4. Regia lymphæ.]

**Lymphæticæ**, Furiosi, insanientes, quasi Nympharum conspectu in furorem versi. Ἰουδαίαν meschughghabim. Ἰουδαίαν. G. A. L. L. Forcenæ, troublez d'esprit par quelque vision. I. T. A. L. Matti, parzi, stolti, furiosi. GER. Besinnlich, verführerich. H. S. P. Locus, ranoiosos. ANG. which is mad or out of wit by seeing some thing in the water. ¶ Nam creditum est ab antiquis, ut inquis Festus, qui in fonte speciem quandam, id est, imaginem nymphe vidisset, furore corripit, quos Græci Ἰουδαίαν, Latini Lymphaticos vocant. Plin. lib. 25. c. 5. de Elleboro albo. Medetur itaque morbis comitialibus, ver-

rigiæ, melancholicis, insanientibus, lymphaticis. Plin. lib. 26. cap. 8. Semen eius potum lymphatica somnia facere dicitur. Liu. 10. ab Vrbe. Ira victorem equitatum velut lymphaticus pavore dissipat. Tales sunt ferè ij, qui cæti & larvati dicuntur: quasi Cereris ira, aut larvatum occurrantem vexat. Plautus, Larvatus certe es, aut ceritus, Et alibi, Iube hanc pro cerita circumferri. [Lymphatici metus. Senec. Epist. 86.] Lymphatici nummi apud Plautum. Vide verbum CONSISTO.

**Lympho**, as, verbum actiuum, In furorem ago. Ἰουδαίαν schighghabim. Ἰουδαίαν. GAL. Mettre hors du sens. I. T. A. L. Insultare. GER. Unfinntig oder verführerich machen, verführen. H. S. P. Raurus, y haer rausar à oiro. ANG. To make mad. ¶ Valer. 3. Argonauti. Rupta quies: Deus ancipitem lymphaverat verbum. Id est, turbabat, & in belli furorem verterat. Eius passivo vsus est. Plin. lib. 34. c. 17. Hac herba epota lymphari homines. ¶ Aliquando etiam legitur Lymphor deponens, teste Prisciano: vt aqua Curtium, Quippe Lymphari, trepidare ceperunt, omnia pectora, occulto metu percurrente. Nisi fortè ibi malimus legere lymphaci.

**Lymphatūs**, ta, rum, Furiosus, insanus, furore correptus. Ἰουδαίαν meschughghabim. Ἰουδαίαν. G. A. L. Forcené, trouble de son sens pour quelque vision. I. T. A. L. Insano, furioso, parzi. GER. Besinnig. H. S. P. Rausoso. ANG. Mad, furious. ¶ Horat. lib. 1. Carm. Mentemque lymphatam Mareotico Redegit in veros timores. Virg. lib. 4. Æneid. Immensam sine more furit lymphata per urbem, id est, mente commota, furiosa. Plin. lib. 30. cap. 10. Rursus magis tradunt lymphatos sanguinis talpa alperit respiscere. Metu lymphato trepidare, Luc. libr. 7. Pectora lymphata. Ouid. 11. Metamorph.

**Lymphatō**, onis, Ἰουδαίαν schighghabim. Ἰουδαίαν. G. A. L. Troublement d'esprit, forcenerie. I. T. A. L. Parzia, furia. GER. Mütung. H. S. P. Aquella obra de rauriar. ANG. Rage, madness. ¶ Plin. lib. 35. cap. 15. Et præfixisse in limine è sepulchro cullos clavos, aduersus nocturnas lymphationes.

**L Y N C E S T I S**, Ἰουδαίαν, Macedonia fluvius est, cuius aqua pota nõ minus ebrietat inducit, quàm si quis vino se ingurgitasset. ¶ GER. Et fluit in Mac. donan wetche wasfer trunden machi. W. der wau. ¶ Plin. lib. 2. cap. 103. Lyncestis aqua temulentos facit. ¶ Est etiam Lyncestis, idis, Ἰουδαίαν, Macedonia regio in Occidentem versus cuius caput est Heraclea, teste Prolem. lib. 3. cap. 13. ¶ Fluvius incolæ dicuntur Lyncestæ, quorum meminit Plin. lib. 4. cap. 10. Cæterum idem auctor lib. 2. cap. 103. quod est de miraculis aquarum, fontium & fluminum, Lyncestis vim describit, Lyncestis (inquit) aqua quæ vocatur acidula vini modo temulentos facit.

**Lyncestiūs**, a, um, Ouid. lib. 15. Metam. Hinc fuit effraus dispar Lyncestius amnis, Quem quicumque parum moderato gurgite traxit, Haud aliter titubat, quàm si mera vina bibisset.

**L Y N C E V S**, dissyllabum, huius Lyncei vel lynceos, penult. obliquorum correpta, Ἰουδαίαν, Vnus ex Argonautis, tanta oculorum acie præditus, vt diceretur, vel parietem visu penetrare, & (vt ex historicis nonnulli prodiderunt) nouissimam Lunam, primamque eodem die in signo arietis conspiciere: quod paucis mortalium contigit vidisse. Hinc Valer. lib. 1. Argonauti. Solus transigit nubila lynceus. Hunc Varro centum triginta millia passuum profpe-xisse scribit: solitumque exeuntem à Carthagine classem Puniceam, nomenque nauium, ex Libycana specula manifestissimè notare. Solinus refert fuisse Strabonem. ¶ Fuit & Lynceus alius, frater Ixæ, qui pro duabus Leucippi filiabus, quas desponsatas Castor & Pollux rapuerant, arma imperseruit, iniquitate pugna Castor Lyncei, Lynceus Pollucis manu occubuit. Idas vero, quum ipsum etiam Pollucem conaretur adoriri, immisso à Ioue fulmine interiit. Vide Ouid. ad finem lib. 5. Fast. Apollonius tamen in Argonaut. Idem à Castore interfectum tradit: idque Lynceum per abietem vidisse, & Castorem occidisse. [Fuit & Lynceus, qui Danao patruo interfecto Argis regnavit. Idcirco Ἰουδαίαν Ἰουδαίαν. Argos Lynceum seu Lynceus nominatur. Vide apud Ouid. 1. Met. Lyncea serua, i. Argiua.]

**Lynceūs**, a, um, per tres syllabas, & pen. prod. Ἰουδαίαν, denominatiuū est à Lynceus formatum. Ouid. 5. Fast. P. Clora traiectus Lynceo Castor ab ense, Non expectato vulnere pressa humum. Vitor adest Pollux, & Lyncea perforat hasta, Qua ceruix humeros continuata tegit. In primo carmine, Lynceo est adiectiuum: in tertio Lyncea est accusatiuus à Lynceus primitiuo.

**Lynceus**, a, um, id est, Argiuis, a, um. Ouid. 1. Metam. Vide in proximo vocabulo supra.]

**Lynctium**, Ἰουδαίαν, Gemma est coloris subflaua, quam vetustas credit ex lyncis vrina concrefcere: vnde & nomen videtur accepisse, in qua etiam sententia fuit Plin. lib. 8. cap. 38. item Ouid. 15. Metamorph. vbi sic se habet, Et quibus (vt memorat) quicquid vestea remisit. Vertitur in lapides, & congelat aëre tacto. Recentiores tamen asserunt lyncis vrinam noui concrefcere: quod etiam superioribus annis compertum est, lyncibus aliquot ex Asia in Galliam aduectis.

**L Y N C V S**, Ἰουδαίαν, Rex Scythiæ fuit, qui missum à Cerere Triptolemum, vt hominibus frugum vsuum demonstraret, susceptum hospitio, vt in se gloriam trāferret, interimere cogitavit. Ob quam rem irata Ceres eum conuertit in lyncem feram varij coloris, vt ipse variz mentis extiterat. Hæc Seruius. Ouid. 5. Metamorph. Rex ibi Lyacus erat, regis subit ille penates.

**L Y N D V S**, Vide LINDVS.

**L Y N X**, Ἰουδαίαν, Vrbs Lydiæ iuxta Gades, post Atlantem, Est insula Atlantis, & vbi Lyuxo, Ἰουδαίαν Gentile, Lynxites & Lyuxius.

**Lynx**, masculinū vel fœmininū generis, coniectiuo lyncis. Ἰουδαίαν. Lynx, vne espèce de cerf de diuerses couleurs, & ayant le cuir tacheté & de veuë fort aiguë. I. T. A. Lupo cerniera. GER. Ein tuchel ih au h. decht; thier/han vortanf ein scharpf gesicht. H. S. P. A. Lobo cernal, animal de aguda veija. ANG. A beast sharpe of sight called lynx.



sed lina. } Animal est ex luporum cervariorum genere, vario colore, & maculoso tergo, acutissimè que visu. Plin. lib. 23. cap. 8. Peregrinæ sunt & lynces, quæ clarissimè omnium quadrupedum cernunt. Horat. 2. Carm. Timidos agitare lynces. Virgil. 1. Æneid. Maculosæ regmine lynceis. Huius vrina in calculi duritiem verti olim credebatur & in lapidem eum concrevere, quem ob id lycurium appellant. Quod tamen falsum esse nuper compertum est, lycibus aliquot ex Africa in Galliam aduectis.

LYNCEUS, a, um, adiect. pen. cor. Quod est Lynceis, vel quod lynceis haber naturam. λυγνός. Horat. 1. Sermon. Sat. 2. - ne corporis optima lynceis Contemplerè oculis. Est enim prius hemistichium versus dactylicis finis: nisi per lynceum malis duas syllabas in vnam contrahi. Homo lynceus, id est, vehementer perspicax, quem non facile quisefellerit Cic. ad Var. l. 9. Ep. Quis est tam lynceus, qui in tantis tenebris nihil offendat, nusquam incurrat?

LYRA, {λύρα, χίλυρ. GAL. Vne harpe. ITAL. Lira. GERM. Ein tetren. HISP. Cierto instrumento musico de cuerdas como guitarra. ANG. An harpe. } Instrumentum musicum, in quo quot sunt fides, tot resonant voces. [Ouid. Eleg. 1. lib. 4. Fertur in abducta Briseide tristis Achilles, Æmonia curas attenuasse lyra. Ouid. Eleg. 1. lib. 4. Trist. Item Dum ferit Ausonia carmina culta lyra. Idem Eleg. 1. lib. 4. Trist.] Lyra dicta, quasi λυγνός propterea quod Apollini à Mercurio (qui eam primus creditur inuenisse) pro bono compensatione fuerit data: quum ante chelys diceretur. Formam habet (ut inquit Plin. l. 9. c. 10.) testudinis. Horat. 1. Carm. Ode 10. Te canam magai Iouis, & deorum Nuntium, curasque lyrae parente. Ouid. 10. Metam. Te lyra pulsa manu, te carmina nostra sonabunt. Lyra etiam signum cælestis est. Varro l. 2. de Re rust. cap. 5. Hoc secundum astri exortum facite, quod Græci vocant Lyram, fidem nostri. Lyra occidit quarto Nonas Februarij, vel certè Calendis Februarij, idque noctu, teste Higino, quando occidunt terga Leonis. Ouid. 3. Fast. Illa nocte aliquis tollens ad sidera vultum Dicet, ubi est hodie, quæ lyra fulsit heri? Qui poeticam Astrologiam scripserunt, volunt hanc lyram esse à Mercurio primum inuentam in Cyllene Arcadiæ monte, & ab eo Apollini donatam. Apollinem autem, inuenta cithara Orpheo lyram concessisse: mortuo autem Orpheo, à musis in celo fuisse collocatam. Alij dicunt esse lyram Arionis citharædi, qui floruit tempore Periantri Corinthiorum tyranni, & primus fuit omnium citharistarum.

LYRICUS, ca, cum, adiectiuum, Quod ad Lyram pertinet. {λυγνός;} Hinc Poetæ Lyrici dicti, quod ad Lyram sua carmina cantabant, stantebatque eis chorus quinquaginta virorum, ac tauro donabantur. Horat. 1. Carm. Od. 1. Quod si me lyricis varibus inferis, Sublimi feriam sidera vertice. Modi lyrici. Ouid. Ep. 26. Quum lyricis sim magis apta modis.

LYRICA, orum, Pro carminibus lyricis. Plin. Iunior l. 1. Ep. 3. Scribit enim & vtraque lingua Lyrica doctissima.

LYRISTES, nis, penult. cor. Qui lyra canit, cuius significationis est etiam lyristes. {λύριστής. GAL. Loueur de harpe. ITAL. Sonatore de lira. GERM. Ein tetser. HISP. Tannador de aquel instrumento. ANG. An harper. } Plin. Iunior ad Genitorem, Quam multi, quum lector, aut lyristes, aut comædus inductus est, calceos ponunt?

LYRÆCÆVS, penult. prod. λυρæκός, Fons Arcadiæ sub Cynuria monte, ex quo Inachus fluuius oritur. Autor Strabo lib. 4. ca. 2. Stat. 4. Thebaid. Aret Lerna nocens, aret Lyrcæus, & Ingens Inachus. Stephanus Lyrcæum agri Argiui montem esse ait, indeque vicinam regionem Lyrcæam appellari.

LYRÆCÆUS, cea, ceum, λυρæκός. Ouid. 1. Met. - iam pascua Lernæ Constitaque arboribus Lyrcæa reliquerat arua.

LYRÆCÆUS, a, um, per quatuor syllabas. λυρæκός. Valor. Flaccus l. 1. Argou. - dominum Lyrcæa tellus, Antæque deprentæ tremuerunt conscia culpæ.

LYRIS, Vide LIRIS, per 1, Latinum. LYRNATIA, λυρνάτια, Cheronesus & parua regio Lyciæ. Gentile Lyrnaticus, Steph.

LYRNESSVS, λυρνησός, Steph. Oppidum fuit Troadis ab Achille euersum, quum Priamo bellum, ob Helenam à Paride filio raptam à Græcis inferretur. { GERM. Ein statt in Troade so Achille im Troantischen eetes zerstört hat. } Ex quo Briseida quoque abduxit, occiso Minete eiusdem oppidi principe, quæ inde Lyrnessis ab Ouid. l. 4. Eleg. 1. Trist. appellatur, fertur & abducta Lyrnesside tristis Achilles.

LYRNÆSIUS, a, um, inde deductum nomen, λυρνησιός, Stephano. Vir. l. 10. Æneid. Lyrnessius Æmon. Ouid. 1. Ep. Briseidis ad Achillem, Diruta morte tuo Lyrnessi moenia vidi.

LYSANDER, λυσάνδρς, Lacedæmoniorum Imperator, homo factiosus, qui odium totius Græciæ in Lacedæmonios concitauit. Huius ductu Lacedæmonij athenienses, ducemque eorum Cononem nauis prælio superarunt: paulò post tamen eodem duce à Conone superati sunt terrestri prælio, in quo & Lysander ipse occisus est. Reliquam eius vitam pete ex Plutarcho.

LYSANIAS, λυσάνιας, Orator Græcus. Alter fuit Arcas, qui Lycæonem regno expulit.

LYSBONA, Lusitanicæ vrbs primaria, in Hispania sita.

LYSIADVS, λυσιάδης, Atheniensis, Phædri philosophi filius. De quo Cic. Phil. sic scribit, Lysidem atheniensem plerique noimus: est enim Phædri philosophi nobilis filius, homo præterea festiuus, ut ei cum M. Curio confessore eodem & collatore facillimè possit conuenire, &c.

LYSIAS, λυσίας, Syracusanus genere, Cephalî filius, vnus è decem oratoribus, natus athenis, quo pater se transfulerat. Puer Thurion coloniam migravit, rediit annos natus quadraginta septem, interque principes oratores est habitus. De quo sic scribit Cicero in Brutis, Tum fuit Lysias (inquit) ipse quidè in causis forensibus non ver-

satus, sed egregiè subtilis scriptor atque elegans, quem iam propè audeas oratorem perfectum dicere. (nam planè quidè perfectum. & cui nihil admodum desit. Demosthenem facillè dixeris) nihil acutè inueniri potuit in eis causis quas scripsit, nihil (ut ita dicam) subdolè, nihil versutè, quod ille non viderit: nihil subtiliter dici, nihil pressè, nihil enucleatè quo fieri possit aliquid limatius: nihil contra grande, nihil incitatum, nihil ornatum, vel verborum grauitate, vel sententiarum, quo quicquam esset elarius.

eſt immania Cæſaris acta Condere Materia ne ſuperet opus.  
Ouid. Eleg. 1. lib. 2. Triſt. Et ſe (louem) materiam carminis eſſe iu-  
uat. Ouid. Ibid. Materiam ſcripto conuenit eſſe ſuæ. Ibid. Eleg. 1. lib. 5.  
Materiam que tuis triſtem virtutibus imple. Ouid. Eleg. 3. l. 4. Triſt.  
Materiam belli præbere. Valerius. Sentit amans ſua damna, ſerè  
tamen hæret in illis materiam culpæ proſequiturque ſuæ. Ouid.  
Eleg. 1. lib. 4. Triſt. Quos in materia proſperiore iuues. Ouid. Eleg. 5.  
li. 2. Triſt. } Materia Triumphorum. Suet. in Caſ. cap. 22. Materiam  
tumultus ſubducere. Idem in Tiber. cap. 22. Nequid materiæ præ-  
beret conſpirand: (i. occaſionis.) Suet. in Galba cap. 9. } Cicero. ad  
Attic. lib. 2. Quod me, vt ſcribam aliquid hortaris, creſcit mihi qui-  
dem materies, vt dicis, ſed tota res etiam nunc ſuſcipit, &c. \*Ma-  
teria beneficiendi. Plin. in Paneg. 61. Delibaſſe quædam ſeu potius  
demonſtraſſe contentus, largam ac propè intactam beneficiendi  
materiam filio reſeruauit. } Materiam tamen & materies videntur  
aliquo modo diuerſa eſſe. Materiam enim rectè appellamus arbor-  
is, panni, cerei, & aliarum omnium rerum quibus opifices vtun-  
tur: non autem materiem. Materies enim potius animus & inge-  
nium ſpectat. Cornel. Front. de differ. vocab.

**Māteriāle**, Quod eſt materiæ, ὄντι. GAL. ματριογενής, à quo Materiali-  
ter, ματριογενή. Vnde materialiter aliquid ſumi dicitur,  
quom non forma rei, ſed materia ſignificatur. Vtitur hac voce  
Macrob. Comment. lib. 1. cap. 12. Materialis inſuſio. Vox maximè in  
ſ. holiſ philoſophorum trita.

**Māteriārius**, rijs, ſubſtant. Dicitur qui materiam ad ædificia ſuppedit-  
tat. { ὄντι. GAL. Charpentier ou boſcheron. ITAL.  
Maestro de legnami, chi prepara la materia à i muratori. GERMAN.  
Der daß holz einet bauus zuſtuet oder zuſtfergget. H I S P A. El ma-  
dero. ANGL. A carpenter. } ſi quæ à materia, cuius nomine ligna  
ad ſolciendum, ædificandūque neceſſaria, idoneæ ſignifican-  
tur. Plaut. in Milit. Adſunt fabri, architectique, eam quidem ad-  
rem haud imperiti. A. Si non nos materiarius reſtoratur, quo qui-  
dem opus eſt, Noui indolem noſtri ingenij, citò erit parata  
noſis.

**Māteriārius**, adiectiuum. { ὄντι. GAL. Appartenant à matiere.  
ITAL. Pertinente à materia. GER. Das zu dem holzwerck gehöret.  
H I S P. Coſa perteneciente à materia. ANGL. Belonging to ma-  
ter. } vt Materiarius faber, Faber lignarius: & Materiaria fabrica,  
lignaria, Plin. l. 7. c. 56. Fabricam materiariam Dædalus, & in ea

feram, aſciam, &c. inuenit.  
**Māteriōr**, aris, Materiam cædo. Deponens, verbum eſt caſtreſe, ea  
forma dictum, qua Lignor, { ὄντι. GAL. Charpenter. ITAL.  
Fabriſare. GER. Holz ſeſſem / ſich mit holz verſtößen. H I S P. Obrar  
de madera, maderar. ANGL. To dreſſe any ſuff for building or  
other work. } Propriè enim milites materiari dicuntur quum  
materiam cædunt ad conficiendum vallum. Caſar 7. bell. Gall. E-  
rat eo tempore & materiari, & frumentari, & tantas munitiones  
feri neceſſe.

**Māteriātus**, a, um, adiectiuum, Quod ex materia confectum eſt. { ὄντι.  
GAL. Fait de marrain. ITAL. Fatto de legami.  
GERMAN. Huß aller troyseng gemacht. H I S P. Maderado de maderia  
y otra coſa. ANGL. That is made of any ſuff. } Sic Cicer. lib. 3. Offici-  
vocat ædes malè materiatas, quæ ex mala, & improba materia  
ſunt confectæ.

**Māteriatio**, & Materiatura, deducta videntur à verbo materio, quod  
tamen nuſquam (quod quidem ſciam) legitur. Vtroque tamen v-  
ſus eſt Vtriuſ. lib. 4. cap. 2. \*In ædificiis omnibus inſuper colloca-  
tur materiatio varijs vocabulis nominata. Et paulo poſt, E quibus  
rebus, & à materiaria fabrili in lapideis & marmoreis ædium ſa-  
crarum ædificationibus.

**Māteriſ**, huius materis. { ὄντι. GAL. L2  
charpenterie d'un edifice. ITAL. Legname d'una fabrica.  
GERMAN. Ein langer pſeſt doch turzet dann ein glân. H I S P A.  
A quella obra de maderar. ANGL. A dreſſing of timber for  
building. } Teli genus poſt lanceam longius, Siſenna, Gal-  
lia materiibus. Sueui lanceis configunt. Fæminini generis eſt,  
Nonius.

**Māternus**, Matertera, Vide MATER.

**Māthēſis**, ὄντι. vel Matheina, tis, penult. prod. μαθημα, diſci-  
plina, ſi quæ à verbo μαθηδω, quod & diſco ſignificat & doceo.  
Propriè autem de iis dicuntur artibus, quæ firmis demonſtratio-  
nibus conſtant: cuiuſmodi ſunt Geometria, Aſtrotologia, Muſica, &  
Arithmetica.

**Māthēmaticus**, μαθηματικός, A nomine Græco μαθημα, quod di-  
ſciplinam ſignificat. Dicitur propriè, qui Geometriæ, Muſicæ,  
arithmeticæ, aſtrotologiæque diſciplinæ nouit. Nam hæc pro-  
ptè Mathematicæ ſcientiæ vel diſciplinæ dicuntur, eò quod di-  
ſcantur planè, & per demonſtrationem aliquam percipiuntur.  
Philoſophia verò, vt Logica, cum alijs, non dicuntur Diſcipli-  
næ, quia non firmiſſima demonſtratione, vt illæ, ſed ratione  
quadam, & ſtudij inueſtigatione percipiuntur. Cicero. 1. de Ora-  
tore, Quis ignorat, ij qui Mathematici vocantur, quanta in ob-  
ſcuritate rerum: & quàm recondita in arte, & multiplici,  
ſubtilique verſentur? Iuuenal. Satyr. 14. Nota mathematicis  
geneſis tua. [ Mathematici vrbe pulſi. Sueton. in Tiber. ca-  
pit. 36.]

**M A T I A N I A**, ὄντι. pars Mediæ. Steph. ex Strab. lib. 22. Hyope,  
inquit alibi, vrbs eſt ματιανών.

**M A T I N V S**, pen. prod. Mons eſt Calabria, autore Porphyrione, api-  
bas abundans. Lucan. l. 9. & calidi lucent buxeta Matini.

**Matinus**, a, um, adiectiuum: vt apud Matina. Horat. 4. Car. Ode 2. Ego  
apis Matinæ more modoque Grata carpentis thyma per laborem  
Plurimum circa nemus, vuidique Tyberis ripas operoſa paruus  
carmina ſingo. { Cacumina Matina. Idem Epos. 16. - quando Padus  
Matina lauerit cacumina.

**M A T I V M**, Cretæ inſulæ oppidum eſt, apud Plin. l. 4. c. 12.

**Matralia**, vide MATER.

**Matreſco**, Matricida, Matrimus, Matrimonium, Matrix,  
Vide MATER.

**Matrona**, Matronalis. Vide MATER.

**Matrici**, Feſto, Homines dicuntur malarum magnaſum, atque ore  
laè patentū.

**M A T R I N V S**, ὄντι. Fluuij nomen in Piceno, non procul ab Adria  
vrbe. de quo Sign. l. 5. & Ptol. in deſcriptione Italia.

**Matra**, Storia, & teges. quæ ſit ex cannabæ, lino, iunco, palma, ſcir-  
po, aut ſparto: vbi ſtuppa, vel ſcœnum, vel lanæ radioreſ aut quid  
ſimile inſertum eſt. { ὄντι. GAL. Loudier, materas ou  
matelats, natte. ITAL. Stuoia, coperta imboſtrita di ſtoppa, di go-  
tone d'altra coſa. GERMAN. Ein ſergen oder dæte auß hōw / ſicow  
hauff, tingen vnd der gletchen tingen gemacht. H I S P. Eſpera de eſpar-  
to y iuncos. ANGL. A mat. } Ouid. 6. Faſtor. At dominus, Diſcedi-  
te, ait, plauſtroque morantes ſuſtulit: in plauſtro ſcirpea matra  
fuit.

**M A T T I A C V M**, Germaniæ oppidum, calidis fontibus nobilita-  
tum, de quibus ſic ſcribit Plin. lib. 31. ca. 2. Sunt & Mattiaci in Ger-  
mania fontes trans Rhenum. quorum hauſtus triduo ſeruet. Circa  
marginem verò pumiceo faciunt aquæ, fontisſis ea eſt vrbs, quam  
Germani ſua lingua vocant Waden, quæ eſt in ditione Marchionis  
Badenſis, vbi hoc etiam tempore Thermæ ſunt magnificentiſſi-  
mæ, & celeberrimæ. Hinc Mattiacas pilas quidam dictas exiſti-  
mant ſphæras ex odorato ſapone conſtantes, quod fortisſis  
præſtantiſſimè apud Mattiacum conſicerentur. Martial. in Di-  
ſtichis, Si mutare paras longæuos cana capillos. Accipe Mattiacas  
(quod tibi calua) pilas. Idem paulò ante, Cauſticam ſpumam pro  
eodem poſuiſſe videtur: quum ait, Cauſtica Teutonicos accendit  
capillos, Captiuus poteris cultior eſſe comis.

**Mattici**, lege MATRICI.

**Mattyā**, æ, quid ſit oſtendit Calius lib. 9. cap. 12. his verbis, Mattyā  
(inquit) putant ex farina, oleo & aqua conſici ſolitam: Suidas  
etiam ex lacte, vnde mox paulò nata & mattya eſt: dictaque eo ho-  
mine pretioſa omnia edulia, vt ſcribit Athenæus. Martial. lib. 10.  
[Epigr. 59.] Diues & ex omni poſita eſt inſtructa maccello Cœna  
tibi, ſed te mattya ſola iuuat. Suet. in Calig. Et multis venenatū  
mattyas miſit.

**Matulā**, æ. Vas eſt in quod veſicam leuamus: quod & Matella & Sca-  
phium



phium dicitur: quanquam Scaphium propriè mulierum esse voluit. { *scaphium* } GALLIC. Pot à pissier, vrial. I T A. O. rinal, boccale da orinare. GERMA. Ein brunnstuch. HISPAN. Orinal. ANGLI. A pissipos. } *Plaut. in Mofell.* [sc. 1. a. 2.] Iam hercle ego vos pro matula habeo nisi matulam datis. ¶ Pro meticuloso, vanòque accipere videtur. *Idem Plaut. in Persa.* Tacen, annon taces? nunquam ego te tam esse matulam credidi. Quid metu is?

**Matellà,** à matula, Vas in quod vrinam reddimus. { *matella* } GALL. Pot à pissier. ITAL. Orinale. GERMAN. Ein brunnstuch. HISPAN. Orinal. ANG. A pissipos. } *Martialis lib. 10.* Disperant, si tu Pyladi præstare matellam dignus es. Græci *ματῆλον* vocant. [Matellam crepitu digitorum pòcere. *Idem Mart. Epigr. 119. lib. 14.*] ¶ Sunt tamen qui ita matellam distinguunt à scaphio, vt illa virorum sit, hoc mulierum tam ad ventris onus, quam ad vrinam excipiendam accommodatum. Matellam verò, quòd angustiore esset ore, vrinæ tantùm excipiendæ fuisse videm. ¶ Est item Matella, aquarium vas, teste *Nonio Plautus Amphitrione*, Næ tu postulas, matellam vnâ tibi aquæ infundi in caput. *Varro Eudymionibus, vt à Nonio citatur*, Diuitum aphocalchias ad communem reuocat matellam.

**Matellio,** Vasis aquarij genus, teste *Varrone lib. 4. de Ling. Lat.* ita dicitur à Matula, à cuius figura tamen non nihil recedit. *Varro de vi ta pass.* Postulare truellum, matellionem, peluim. *Cic. in Paradoxo*, Quid enim censes, si L. Mummius aliquem istorum videret matellionem Corinthum cupidissimè tractantem, &c. ¶ Matellio item *Pompeio Feste* vas est, in quod vrina redditur: quod & Matella appellatur.

**Maturus,** a, um, penult. prod. Coctus, temperatus, & propriè de fructibus dicitur. [Vide *Gell. cap. 11. lib. 10.*] { *maturo* } GALL. Meur, auancé, hasté. ITAL. Maturò. GERMAN. Reif. HISPAN. Cosa madura à ligera. ANGLIC. Ripe, hasté. } *Cicer. in Caton.* Et quasi poma ex arboribus, si cruda sunt, vt velluntur, si matura, & cocta, decidunt. [Tondeturque seges maturus annua partus. *Tibull. lib. 4.* Maturumque vterò molliter auferonus. *Ouid. 2. Fast.*] Per translationem ponitur quandoque pro senè, vt, Maturus xui homo, id est senex, & perfectæ ætatis habens. *Virg. 5. Æneid.* Eui maturus Accetes. ¶ Matura ætas, Senilis: quasi omnino perfectæ, & tempus debitum assicura. *apud Plautum, Maturus, in Calig. cap. 44.* Matura militiæ progenies. *Liuit. lib. 2. d. 4.*] ¶ Ponitur interdum pro celeri, & festino, siue repentino: vt matura senectus. *Celsus*, Ignauia corpus hebetat, labor firmat: illa maturam senectutem, hic longam adolescentiam reddit. *Cicer. 7. Verr.* Vt etiam illa vox, & illa imploratio. *Ciuis Romanus sum*, quæ sæpe multis in vltimis terris opem inter barbaros, & salutem tulit, ea mortem illius acerbiorè, & supplicium maturius ferret. ¶ Maturum malum, *Plaut. in Pseud.* Mittam hodie huic suo Die natali malam rem magnam & maturam. ¶ Maturum facere, Est citò expedire. *Gell. lib. 3. cap. 6.* [Hunc stirps Oceani maturis nixibus æthra edidit. *Ouid. 5. Fast.* Item Seu matura dies fato properat mihi mortem. *Tibull. lib. 4.* In herum matura, in se fera concedet capessere. *Plaut. Aulul. sc. 1. a. 4.* Matura virtute, correctæ fortuna temporis. *Velleius.*] ¶ Maturum censeo, si rem seruare vis, faciendum. ¶ Quandoque pro graui ac constanti. *Cicer. pro Cecinna*, Siquis quod spondeat, qua in re verbo se vno obligauit, id nò facit maturo iudicio, sine vlla religione iudicis condemnatur. ¶ Virgo matura viro, *Gell. lib. 12. c. 7.* Virginitatem habens iam maturam viro. *Hor. 2. Carm. Ode. 6.* Motus doceri gaudet Ionicos matura virgo. ¶ Virginitas matura toris, *apud Stat. 3. Achil.* ¶ Eius composita sunt duo, immaturus, Præmaturus, de quibus alibi.

[Maturior. *Ouid. 13. Metam.* Si mora pro culpa est, ego sum maturior illo (id est, prior veni.)]

**Maturissimus,** superlatiuum. *Columel. lib. 4. cap. 29.* Fœcundos, & quàm maturissimos furculos viti detraxerit. *Idem libro undecimo cap. 3.* Horum autem ruborum semina quàm maturissima eligi oportet.

**Maturrimus,** aliud superlatiuum. *Tacitus lib. 12.* Robur ætatis quam maturrimum precari.

**Maturitas,** atis, Propriè est perfectæ coctio succi in fructibus. { *maturitas* } GALLIC. Meureté, maturité. ITALIC. Maturità. GERMANIC. Reifung. HISPAN. Madurez, à presto. ANGLIC. Ripeness. } *Cicer. de Orat.* Non potest in eo esse succus diuturnus, quod nimis celeriter est maturitatem assecutum. *Idem de Natura deorum.* Commutationes temporum quadripartitæ, ad maturitatem frugum aptæ. *Colum.* Nos quoque meditata fabam sic comperimus, quàm ad maturitatem producta sit, minus à crecutione infestari. ¶ Transfertur & ad alia: vt Maturitas orationis, Maturitas sceleris, Maturitas ætatis. *Cicer. Sulp. l. 4. epistol.* Tamen hoc studium quotidie ingrauescit, maturitate credo ætatis, ad prudentiã. *Idem de senectute.* Sic senectutis maturitas naturale, quiddam habet, quod suo tempore percipi debeat. ¶ Maturitas virtutis. *Cicer. pro Cal.* Quæ studia in his iam ætatibus nostris contractiora esse debent: in adolescentia, tanquam in herbis significant, quæ virtutis maturitas, & quantæ fruges industriæ sint futuræ. [Maturitas in ingenijs.] Indicium exitij. *Senec. cap. 23. de Consol. ad Marc.* ¶ Accipitur item Maturitas pro tempore maturo, siue oportunitate. *Cicer. ad Atticum lib. 1.* Inducendi senatusconsultum maturitas nondum est. *Idem ad Quint. fratrem l. 3.* Sed eius rei maturitas necdum venit, & tamen nunc appropinquat. [Maturitatem mortis precari. *Sueton. in Tib. cap. 81.*]

**Maturè,** aduerbium, Tempestiue, in tempore, opportunè. { *maturè* } GALL. Meurement, de bonne heure, à temps, soudainement. ITAL. A tempo, presto. GERMAN. Zeitlich, ben getten. HISPAN. Maduramente à presto. ANGL. In season, in dew yme. } *Sallust. in Catil.* Prius quàm incipias consulito: & vbi consulueris, maturè opus est factò.

[Quid propriè sit docet *Gellius cap. 11. lib. 10.*] ¶ Aliquando significat citò, & tardè simul. *Plaut. in Curcul.* [sc. 1. a. 3.] Qui homo vix maturè quæ fuit pecuniam, nisi eam maturè parcat, maturè eflurita. ¶ Comparatiuum Maturus. *Cic. 4. Acad.* Quòd quidem & maturius venimus.

**Maturè,** ismè, vel Maturimè, superlatiuum. *Cicer. 3. de Orator.* Quippe quì omnium maturimè ad publicas causas accesserim. *Idem pro Cecinna.* Nam vt quæque res est turpissima, sic maximè, & maturimè iudicanda est. ¶ Pro eodem etiam legimus Maturatè *Liui. 2. bell. Maced.* Iussis cæteris, quantum maximè possent, maturatè sequi. *Plau. Mil.* Iube maturatè illam exire huc. *Idem Pseud.* at maturatè propera: vides iam diet multum esse.

**Maturò,** ras, Maturum facio, perficio. { *maturo* } GALLI. Meurir, hasté, auancé. ITALIC. Maturare. GERMAN. Machen. HISPAN. Madurar. ANG. To make ripe, to hasté. } *Cicer. in Cat.* Primò est peracerba gustari, deinde maturata dulcescit. Interdum maturare est accelerare, ita vt adhibeatur industria celeritas, & diligentia tarditas: ex quibus duobus contrariis fit maturitas, vt neque aliquid citius, neque ferius fiat. Hoc temperamentum Augustus Græcè ita exprimere solebat, *ὀψις βραχέως*, qual significant, Accelerata tardè. *Vnde Virgil. lib. 3. Georg.* quasi contraria, separauit Maturare, & Properare. quum ait, Frigidus agricolam si quando detinet imber, Multa forent, quæ mox cælo properanda sereno Maturare datur. [At *Plautus coniuuati. in Pseud. sc. 7. a. 4.* Matura & propera. Nam propero.] ¶ Hinc maturè fit, quod tempestiue fit. *Idem Æneid. lib. 1.* Maturate fugam, quod est, quasi cum maturitate, id est in tempore & cum comodo vestro discedite. *Sallust. videret simpliciter posuisse pro properare quum ait*, Antonius Catilinam cum exercitu persequi maturaret. *Sic Liui. lib. 10.* Inde comitorum causa Romam profecturus maturauit. His exemplis manifestum est, Maturare absolute dici posse & Maturare rem aliquam. ¶ Maturare coepit. Est maturè absoluerè. *Liui. 4. bell. Pun.* Domum ad coepit maturanda, redire iubet. ¶ Maturare alicui mortem, hoc est accelerare, vt apud *Ciceronem pro Cluent.* Huic moi tem maturabat inimicus. ¶ Maturare iram, Et mitigare, & lenire. ¶ Maturor eiusdem significationis cum maturefco. *Liui. lib. 35. cap. 18.* Contra nouissimâ sub hyeme maturatur chelidonia. [Quintilianus: Maturatur & concoquitur labor ille (edificandi.)]

\*Maturatio, Verbale. *Author ad Herennium lib. 3.* Dolus confutitur in pecuniam, pollicitationes, dissimulationes, maturations, mentiones, & cæteras res.

**Maturatus,** participium, Maturus factus, coctus. { *maturo* } GALLI. Meurir, hasté, auancé. ITALIC. Maturato. GERMAN. Reifung. HISPAN. Maduro. ANG. Made ripe, hasté. } *Cicer. in Catilina nam,* Deinde maturata dulcescit. ¶ Maturatum negotium dicitur acceleratum aut maturè perfectum. *Et apud Plinium.* Maturata concoctio, id est perfectæ. ¶ Maturato opus est, hoc est, Opus est celeritate & maturitate. *Liui. 4. bell. Pun.* Sed quod volebant, non quæ maturato opus erat, gnauiter expediebant. *Item 1. ab Vrb.* Vt cum singulis fidelibus amicis veniant, ita factò, maturatòque opus esse rem atrocem incidisse, &c.

**Maturæ,** id est Festinanter. *De hoc diximus in aduerbio. Maturè.*

**Maturefco,** à Maturò, Maturum fieri. { *maturefco* } GALLI. Se meurir, deuenir meur. ITAL. Maturarsi. GERMAN. Reifung werden. HISPAN. Madurarse. ANG. To waxe ripe. } *Plin. lib. 11.* Quum mella coeperint maturefcerè, abigunt fucos. *Colum. lib. 4.* Nam & quæ maturefcerè incipient, tempestiue leguntur: & quæ nondum maturitatem ceperunt vix sine dispendio differuntur. ¶ Maturefcerè dicitur homo, quum nondum grauis est, sed iam incipit grãdior esse. [Senec. cap. 23. de Consol. ad Marc. Quæ citò maturuerunt, citò occidunt.] ¶ Et apostema maturefcerè dicitur, quum nondum discuitur, sed perducitur ad maturitatem, vt vel frangi per se, vel ferramento aperiri possit.

**Maturè,** scens, participium. { *maturè* } GALLI. Se meurir, deuenir meur. ITAL. Che si fa maturauro. GERMANIC. Reifung. HISPAN. Que se haze maturo. ANGL. Waxing ripe. } *Plin. lib. 20. cap. 3.* Malus Assyria omnibus horis pomifera est: aliis cadentibus, aliis maturefcentibus, aliis subnascensibus.

**Maturità,** æ, penult. prod. A nostris Aurora, à Græcis *ἠὺρος*, hoc est alba dea. { *maturità* } GALLI. L'aube du iour. ITALIC. Aurora. GERMAN. Die morgen rōu. HISPAN. Alua madrugada. ANGLIC. The break of the day. } ita dicta eò quòd matutino temporì præstitit: vt ait *Cicili. Tuscul. sic inquires*, Quid Ino Cadmi filia? ònne Leucothea nominata à Græcis, Matura habetur à nostris? Hæc fuit filia Cadmi nomine Ino, Athemantis vxor, quæ mariti insaniam fugiens in mare sese præcipitauit vnâ cum Melicerta filio: quorum corpora quum nusquam inuenirentur, pro diis marinis habiti sunt: & Ino quidem à Græcis *ἠὺρος*, à nostris Matura dicta est: Melicerta autem à Græcis Palæmon, à Latinis Portunus est appellatus. [De Dea Matura. *Plutar. in Camil. Ouid. 6. Fast.*]

**Matutinus,** na, num, & Matutinum tempus. { *matutinus* } GALLI. Du matin, matinal. ITAL. De la mattina, matutino. GERMAN. Die sit des morgens vñnd herbrichenden tags. HISPAN. Cosa de la madrugada. ANGLIC. Earlie, soone in the morning. } quum scilicet Matura, hoc est Aurora incipit apparere. *Cic. ad Attic. lib. 1.* Itaque quum bene completa domus est, tempore matutino, quum ad forum stipati gregibus amicorum descendimus, reperire ex magna turba neminem possumus, quocum aut iocari liberè aut suspicare familiariter possumus. Quare te expectamus, &c. [Matutinis omnibus, pro quolibet mane dixit. *Plin. l. 10. ca. 43.* Coruus omnibus matutinis euolans in rostra. [Quintil. Eodem matutino venire.] ¶ Matutinò, pro manè. *Idem Plin. dixit lib. 9. cap. 10.* & subauditur Tempore. Ferunt, inquit, & pastum egressas noctu, auidèque Tom. ij. G liij



saturnas lassari, atque matutino summa in aqua obdormiscere, [Dionid. lib. 1. Matutinus homo. Virgil. 3. Aeneid. Nec minus Aeneas se matutinus agebat. Vbi Servius, Rem temporis ad personam transtulit.

Maturus, matutini penult. product. Mand. v. v. Quinil. lib. 12. cap. 18. Prædæ ad se venire litigatorem aut eodem matutino iubente.

MATYCETHAE, Μαυριθηαι, Populi Scythiæ Europææ. Steph. MAUOLO, mauius. Idem quod Malo: quod frequens est in Plauti Comædiis. [Experiri istuc mauelim (aliis mauellem) quàm mihi memorarier. Plaut. Amphit. Liber esse an seruus esse mauelis. Plaut. Capt. sc. 2. a. 2. Moriri se miserè mauolet. Plaut. Asin. sc. 1. a. 1. Nolo metui, amari mauolo. Ibid. sc. 1. a. 5. Emortuum me mauelim letho malo. Idem Aul. sc. 3. a. 4. Ostium crepuit. P. Crura mauellem Plaut. pseud. sc. 1. a. 1. Vt mauelim lupos apud oues linquere. Plaut. pseud. sc. 2. a. 1.]

MAVORS, qui & Mars, quod magna vertat, vt ait Cic. lib. 1. de Nat. deorum, &c. Vnde Mauortius, tia, tium. Vide MARS.

MAVRITANIA, Μαυριτανια, Africa regio extrema, versus Gaditanum fretum, & Occidentalem Oceanum. GER. Ein sandisch off in Africa gegen Hispanien / vberstosset an das groß meer gegen Niderganga. In ea Antæus gigas regnasse dicitur ab Hercule victus. Est autem duplex, Cæsariensis à Cæsarea, & Tingitana à ciuitate Tingit. Diçtaque est Mauritania, & Μαυρι, quod inter cætera significat obscurum, vel nigrum, quod nigros habeat colonos. Gignit simias, dracones, struthiones, & elephantes.

MAVRE, Μαυρι, Μαυριται, Populi sunt, qui Mauritaniam Africae regionem Occidentalem versus Gaditanum fretum incolunt. Eos fuisse Indos, & Hercule duce cum innumera aliarum gentium multitudiae, in hæc loca peruenisse multi crediderunt, vt Strabo libro vlt. scribit. Salsustius certè in Iugurtha. Mauros, & Numidas, reliquosque qui maritimam Africam cultiorem reddiderunt, Medos, Armenios, Persas, & Phœnices fuisse indicat. Hi Romanis, bellis Punicis, maxime autem contra Iugurtham gestis, innotuerunt. Vide Strab. li. vltimo.

MAVRVS, nomen gentile est, vt Gallus qui è Gallia originem habet Mauritanus vero, vt Gallicus. Quidam enim virum Maurum, & bellum Mauritanum. [Ouid. 6. Fast. Et lætho Consul: omnes attoniti Mauras pertimere manus.]

Mauricè à Mauro, vt Gallus Gallicè dicitur, teste Gellio libro 2. cap. 25.

Maurusius, 2, um, Μαυρισιος, à nomine Maurus. Silius libro 10. Et multra thorax perfossus cuspide, & hærens Lorica interdum Maurusia pendet arundo. Sic Tellus Maurusia, Apud Claudiam 3. Pa-negyri.

Maurusiacus, 2, um, Martial. libr. 12. Et Maurusiaci pondera rara citri.

MAVSOLIUS, penult. product. Μαυσαλιος, Caria regis nomen, quum Theopompus scripsit, referente Suida, nulla à re pecuniæ cupiditate abstulisse. GER. Ein König in Caria. Hunc tam ingenti amore profecuta est vxor Artemisia, vt eius fato perfuncti cineres vino permistos tradatur ebibisse. Ad hæc sepulchrum eidem sumptuosissimum extruxit, vt in sequenti dictione dicemus. GER. Ein König in Caria so im sein getelbet gwahri gwäsen Artemisias hat bawen lassen. Mausoli regis Caria sepulchrum, ab Artemisia vxore extructum, tanta operis magnificentia, vt inter septem orbis miracula fuerit numeratum. Martial. de Amphitheatro Domitiani. Ere nec vacuo pendentia Mausolea Laudibus im-medicis Cares in astra ferant. [Mausolei fores sponte patefactæ. Sueton. in Neron. cap. 46.] Ab operis huius similitudine sepulcra omnia sumptuosiora, Mausolea sunt appellata, hinc & Suetonius sepulchrum Cæsarium Mausoleum appellauit, De Mausoleo, vide plura apud Plin. lib. 36. c. 5. & apud Herodot. l. 7.

MAVSOLI, Μαυσαλιος, Diçti sunt Cares Asiæ populi, à Mausolo rege, Artemisia viro. Steph. MAVSOS, Μαυσοι, Agri Corinthij vicus est. Steph. MAXIES, Μαξιαι, Africae populi, à Troianis (vt ipsi gloriantur) orti, qui dextram partem capitis comatam gestant, sinistram radunt, & corpus minio tingunt. Auctor Herodot. l. 4.

MAXILLA, 2, um, Non est diminutiuum à mala (vt putauit Priscianus) sed Mala à Maxilla sit per detractionem mediæ syllabæ, sicut docet Cicero in Oratione ad Brutum. Vide supra in dictione MALA. GER. Ein Endack es sey der vnder oder der ober. HISP. La quitaxada à maxilla de la cara. ANG. The iawbone or cheekbone. Quid autem Maxilla, in qua fixi sunt dentes: quauis etiam de parte exteriori quandoque dicatur, quæ barbam emittit. Persius Satyr. 4. Tu quum maxillis balanarum gausape pectas. Inguinibus quare detonsus gurgulis extat? Suet. in Tiber. cap. 21. Milerum populum Romanum, qui sub lentis maxillis erit (vulgò, edidit.) Hinc Maxillaris, & hoc re, quod ad maxillam pertinet: vt dens maxillaris, & hoc re, qui etiam dicitur Molaris. Plin. l. 11. c. 37. Maxillaresque ita sanari dentes præcipiunt putant.

MAXIMVS, Maximus opere, Vide MAGNVS.

Mazæ, Μαζαι, Panis genus est constans farina, oleo & aqua, aut etiam ex lacte, teste Suida. Vide Calium Rhodig. lib. 9. cap. 12.

Mazæna, Μαζαινα, Palæstina oppidum: cuius incolæ dicuntur Mazæneni, Μαζαιναι.

Mazæca, Μαζαικα, Stephano, Ciuitas Cappadocia sub monte Argeo, quam Tyberius Archelao pulso, & Cappadocia in prouincia for-

mam redacta, nominauit Cæsaream. Hinc Mazæcenus, & Mazæces, Mazæcis in genitiuo, Μαζαικων, Μαζαικι. Suet. in Neron. Turba Mazæcum.

MAZÆVIA, Μαζαινα, Bithynia oppidum, teste Stephano, in dictione Μαζαινα.

MAZÆVI, Μαζαινοι, Pannonia populi sunt. Strab. l. 7.

MAZÆRES, Μαζαιρη, Ex Medorum Satrapis fuit, qui Prienensis in Cyri ditionem redegit. Vide Herodot. l. 1.

MAZÆTES, Μαζαιται, Libyæ populi inter Nomades, diuersi ab iis, quos ab Herodoto, Maxias vocari supra ostendimus.

Mazæta, æ, Genus teli quo antiqui in bello uterentur, Cæs. libell. Gal. & nonnulli inter carnos, rotasque, mazaras, ac tragulas subiiciebant, nostròsque vulnerabant.

\*Mazæta, Μαζαιται, Africa populus, qui in torquendis missilibus non est inferior Medis. Beroaldus in illud Lucani lib. 4. æquatursque sagittas Medorum, tremulum quum torfit Missile Mazæta.

MAZÆRAS, Fluvius in ora maris Hircani. Plin. l. 6. c. 16.

Mazônômum, penult. cor. Μαζονομιον, Μαζονομιον. ANG. A charger or great plaiter wherin meate is caried. Græca dictione, qua laox grandior significatur ad ferenda opsonia in mensam. Hor. 2. Serm. Satyr. vlt. Mazonomo pueri magno discerpta ferentes Membra gius. Varr. lib. 3. de Re rust. cap. 4. Vt in eodem tecto ornithonis inclusum triclinium haberet, vbi delicatè cœnaret, & alios videret turdos in mazonomo positos coctos, alios volitare circa fœditas captos.

M ante E

M.E.M. In notis antiquorum, Municeps eius Municipij, MENS, menses. MER. S. Mercurij sacrum. MENS. IAN. mensis Ianuarij. MENS. FEBR. &c. M.F. Marci filius, vel mala fide, vel malè fides, vel malæ fidei, M. F.A. Marcus Fabius. MA. F. manifestum fecit. MAN. L. manifestus locus. MA. OPP. manifestum oppidum. M. TER. manifestum territorium. M.H. malus homo. M. H.E. mihi hæres erit.

Mē, pro Mihi, inquit Festus, dicebant antiqui. Ennius l. 2. Si quid me fuerit humanus, vt teneatis, &c. [Me scis cum illo non conuenire. i. mihi. Gell. cap. 5. lib. 12. & cap. 9. Ibidem. Quid fiat me nescio. Plaut. Mil. sc. 3. a. 2. Imperi me quod commentus es, (pro mihi.) Plaut. Merc. sc. 2. a. 2. Vt qui me opus sit Insurari. i. mihi. Plaut. Capt. sc. 4. a. 3. Licet me id scire quicquid sit. Plaut. pseud. sc. 1. a. 1. Vocem loquentis me audire visus sum. Plaut. Aul. sc. 6. a. 4. Me faciat quod volt magnus Iuppiter pro mihi vel de me. Plaut. Aul. sc. 6. a. 5. Si magis me instabunt (pro mihi.) Plaut. Curc. sc. 1. a. 3. Item me pro ego, qui me quid rerum agitem patri perferat. Pl. Capt. sc. 3. a. 2. Item mauolo amari me. Plaut. Asin. sc. 1. a. 5. Eius iussu huc me affero. Plaut. Amph. sc. 4. a. 3. Hoc ego nequam ratus sum me vt tibi fuere supplicem. Plaut. pseud. sc. 2. a. 5. Vbi me vacat. sicut & in Asin. sc. 1. a. 1. Ego id me facere studeo. Item si ego, me sciente paterer vicino fieri iniuriam. Plaut. Mil. sc. 6. a. 2. N. vides, me vt madidè madeam? Plaut. pseud. sc. 2. a. 5. Quis me æque fortunatus erit (i. æ ego.) Plaut. Curc. sc. 2. a. 1. Me mauelim esse viduam, (pro ego vidua.) Plaut. Men. sc. 1. a. 5. Emori me malim. Plaut. Asin. sc. 3. a. 4. Item si me exquiret pro ex me, Plaut. Mil. sc. 2. a. 2.

Mēapre, Compositum ex ablatiuo Mea, & particula Pte. extra compositionem nihil significante: vt Meapte causa, & hoc re, id est, mea propria. Terent. in Heaut. Ita me dij ament, vt ego nunc non tam meapte causa lætor, quàm illius, quum ego scio esse honore quouis dignam.

MĒARVS, Μαυρα, Ptolemæ, Fluvius Hispania in ora Asturum. Pompon. Mela lib. 3. Vulgò Mearen.

Meatus, tus, vide in dictione MEO, meas.

Mecaphroditon, Μακαφροδιτον, Species est papaueris, spumeum habens semen: vnde etiam à Dioscoride, πινακισκος, hoc est spumeum papaueris appellatur.

Mecastor, Μεκαστορ, Iurandi aduerbium, Mecastor, ait Festus, & Mehercules iurandum erat, quabi diceretur: ita me Castor, ita me Hercules: vt subaudiatur Iuuet. [Næ ego mecastor mulier misera. Plaut. Men. sc. 1. a. 4. & sc. 2. a. 4. Mecastor pulcher est. Plaut. Mil. sc. 1. a. 1. Mecastor dignus est. Plaut. Asin. sc. 2. a. 5. Noui hominem haud malum mecastor. Plaut. Aul. sc. 3. a. 1. Terent. in Hecyr. Salue mecastor Parmeno. Vbi Donatus, Olim salutantes adæbant iurandum, vt hoc sedulo facere viderentur.

MĒCĒSTVS, Μεκαστος, Troadis fluvius, in Rhyndacum influens: cuius meminit Strab. li. 12.

Mēchānicūs, Opifex, qui artem illiberalem exercet. GER. Ein Handwerker oder Handwerker man. HISP. Oficial de qualquier arte. ANG. A handie craftsman, a man of occupation. & hoc re, quod inuentionem significat. Sueton. in Vesp. cap. 18. Mechanico quoque grandes columnas exigua impensa perducturum in Capitolium pollicenti, præmium pro commento non mediocre obtulit.

Mēchanicus, adiectiuum: vt, Ars mechanica, & hoc re, quæ manu exercetur: cuiusmodi est ars fabrilis. Vnde artes diuiduntur in liberales, & mechanicas, id est, vt Cic. vocat, illiberales.

MĒCĒSTVM, Μεκαστον, Triphyliæ oppidum est Steph. Est autem Triphylia Peloponnesi regio littoralis, quæ & Messenia dicitur.

MBCISTVS, Μεκαστος, Fuit ex sociis Aiæci Telamonij, vt scribit Homer. lib. Iliad. 13.

MĒCĒNĒS, Μεκαστος, cum æ diphthongo, Proprium nomen equitis Romani viri clarissimi, & apud Augustum potentissimi: cui velut



velut vnicō studiorum patrono, Virgil. *Georgica sua*, & Horatius libros Carminum inscripsit. {GERM. Ein süßem mit hirt dem Reiter Augustus ein trübhaber vnd beschreder tuffen.} Delicatum hunc fuisse, non solum cultu ac moribus, sed etiam stylo commemorant, quare cum Augustus malacinum vocabat & exagrabat frequenter ut cacozeolum, teste *Tranquillo*. Horat. 1. *Carm.* mœcenas atavis edite regibus. Sicut vir hic in prouehendis cum omnium disciplinarum tum præsertim poetica cultoribus adeo benignus, vt ab eo hodie etiam studiorum patroni, qui in subleuanda doctorum hominum egestate se munificos præbent, mœcenas appellentur. [mœcenasiani horti. *Sueton. in Tiber. cap. 15.*]

Mœcenas, adiectiuum a mœcenas. *Suet. in Neron. [cap. 38.]* E turri mœcenasica prospiciant.

Mēcōn, onis, μέκων. *Steph.* Vrbs est Peloponnesi, non procul à Corintho, quæ postea Sicyon appellata est, teste *Strab. l. 8.*

Mēcōmum, μέκωνιον. Succus est papaueris, teste *Dioscor.* adeo frigidus, vt epotus exitum afferat.

Mēcōntēs, μέκωντες. Gemma est papaueris similitudinem exprimens, de qua *Plin. l. 37. c. 10.*

Mēcōnī s, μέκωνις. Lactucæ genus: à copia lactis soporiferi. μέκων enim Græci papauer dicunt. De hoc videas *Dioscorid. libro 6. cap. 17.* & *Hermolaum Barbarum in eundem libr. 4. cap. 68.* & *Plin. libr. 8. cap. 19.*

Mecum, cum me per transpositionem præpositionis, Vnà, simul. {ἄνω ἑσθμι. μετ' ἐμοῦ. GAL. Aucc moy. ITAL. Meco, con meco. GERM. Mit mir. HISP. Comigo. ANG. with me.} *Cicer. in Ora. ad Brut.* Ex eo mecum & Tecum: non Cum me, & Cum te, vt esset simile illis vobiscum, atque nobiscum. Interdum mecum, μετ' ἐμοῦ, ὀπίσθ' ἐμοῦ, significat intra me, *Terent. in Hecy.* Haud propterea te rogo, vt hæc proferam, sed vt tacita mecum gaudeam. Sic Secum, Tecum, Nobiscum, & Vobiscum. [Hæc quidem quoquo ibo, mecum erit, mecum feram. (de *Theauro*.) *Plaut. Aul. sc. 3. a. 3.* Quid tibi cominercij mecum est, senex. *Ibidem sc. 3. a. 4.* Quid tibi est mecum & tecum? (sup. rei.) *Plaut. Cure. sc. 3. a. 5.* Etiam mutire audes, aut mecum loquis? *Plaut. Men. sc. 1. a. 5.* Quid tibi rei mecum est. *Ibid. sc. 2. a. 2.* Quid mecum tibi vnquam fuit negotij. *Ibid. sc. 4. a. 2. &c.*] ¶ Mecum pulchrè cum Simul iungitur. *Plaut. in Bacch.* Atque vt eum mecum ad te adducam simul. ¶ Similiter cum Vnà. *Terent. in Hecy.* Vt colloqui mecum vnà possit. ¶ Interdum hæc tria coniungimus, Mecum, Vnà, Simul *Terent. in Heaut.* Clinia hæc fieri videbat? m. quidnam? mecum vnà simul. ¶ Mecum facere, significat mecum sentire: quod & Latine dicitur, à me facere, barbare pro me facere. *Cicer. pro Cacin.* Rem & sententiam interdicti mecum facere fatebatur, verbo me excludi dicebat.

Mēcybērnā, μέκωνία. Oppidum Maritimum in Orientali tractu Macedoniae, non procul à Pallene: à quo & vicinus sinus Meczybernæus dicitur. meminit huius oppidi. *Plin. l. 4. c. 10.*

Mēdābā, μέδαβα. *Steph.* Nabathæorum oppidum.

Mēddīx, Summi magistratus nomen erat apud Oscos. *Ennius*, Summus ibi capitor meddix, occidit alter.

Mēdēā, μέδεια. Insignis incantatrix fuit Ætæ Colchorū regis filia, quæ quum Iasonem perditē deamaret, facilem illi ad aureum velus aditum præbuit, sopito peruigili dracone, qui noctes, diesque illud aſteruabat. Quo facto patris iram metuens, Iasonem in Græciam sequuta est, patrēque insequentem discerptis Abſyrti fratris membris, & per viam dispersis, retardauit. Repudiata deinde ab Iasone, filios suos, quos ex eo susceperat, occidit, Glaucāmque Creontis filiam, cum qua Iason secundas contraxerat nuptias, incensa regia, viuam cremavit, ipsūque etiam Iasonem impatiētia doloris manus sibi inferre coegit. {GERM. Ein frauw Iasonis vnd ein groue zaubetin.} [Medea Peliam concoxit senem. *Plaut. Psen. sc. 2. a. 3.*]

\*Medeīs, huius medeidis, fœminin. gen. Patronymicum, positum pro possessiuo. *Oui. 2. de Arte amandi.* Non faciunt vt vincat amor medeides herbæ.

Mēdērga, pro me erga, id est Erga me, dixerunt antiqui, interposito d. propter hiatum vocalium. *Plaut. in Epid.* quasi quid filius meus Deliquisset mederga.

Mēdēōn, onis, μέδων. Duorum vicorum nomen est apud *Strab. l. 9.* quorum alterum in Phocide collocat ad sinum Crisæum: alterum in Bœotia, non procul ab Onchesto.

Mēdēor, deris, medicinam do, medicinam alicui facio, aut adhibeo. {מֵדְוֹרָפָה מְדָרָפָה. GAL. Mediciner, remedier. ITAL. Medicare. GERM. Heilen/ mit atzen/ gesund machen. HISP. Amelizar. ANGL. To remede, to heale, to cure.} A Medius fieri videtur, quod ad medium temperamentum, quoad fieri queat, æger debeat reduci. ¶ Est autem mederi, remedium afferre. Et construitur ferè cum datiuo. *Cicer. pro Quintio*, Ita fit, vt ego qui tela depellere, & vulneribus mederi debeam, &c. ¶ Quandoque cum accusatiu. *Terent. in Phorm.* Quas, quum res aduersæ sint, minus mederi possit. ¶ Inuenitur etiam medetur impersonale. *Plin. lib. 27.* Ex eo medetur oris vlcibus perunctis hoc succo foliis pusillis. ¶ Dicimus etiam mederi contra morbum. *Plin. lib. 9. cap. 13.* Contra serpenticum ictus medentur.

Mēdēdo, gerundium, quod etiam in passiva significatione inuenitur, vt *ann. auis Seruius in illud Virgilij 11. Æneid.* Exuperat magis ægrestiq; medendo: id est dum ei medetur. Huius verbi cōpositum est Immedeor, quod est intus medeor. *Colum. lib. 6.* Si oportebit palorum capita, & imas partes misto simo cum cinere oblinire, & ita totos eos immederi.

Mēdelā, æ. Idem quod medicina, siue morbi remedium. {מֵדְוֹרָפָה מְדָרָפָה מְדָרָפָה. GAL. Medecine. ITAL. Medicina. GERM. Arznei. HISP. Medicina. ANGL. A remede to cure.} [Gell. cap. 1. lib. 5. Qua medela, quæque solertia ignem defenderes. *Idem cap. 1.*

lib. 20. & c. 11. lib. 16. Herbarum succis, & incantationibus facere medelarum miracula.]

Mēdēsicāstēs, filia Priami notha, vt scribit *Homerus.* [Medi. *Catull. de Com. Bero.* Cum Medi irrupere nouum mare. (L. Perla.)]

Mēdīā, {מדיא.} Regio Asiæ, à Septentrione Hyrcano mari, ab Occasu maiori Armenia & Assyria discreta: à meridie Persidem ab Ortu Hyrcaniam habens & Parthiam, quæ Cassæorum montibus ab ea excluditur. {GERM. Ein weite landeschaft in Asia stofft auff das Hyrcanisch mee/ gegen vndergang an Armentam vnd vffortam/ gegen vffgang an Persiden/ &c.} *Strabo lib. 11.* Mediam in duas diuidit partes: quarum alteram maiorem vocat, cuius caput Ecbarana facit: alteram minorem, quæ & Atropatia dicta est, ab Atropato duce, qui eam eamacedonum impetu tutam præstitit. Est autem Media bona sui parte montosa & frigida: & fere tota sterilis, excepta regione quæ sub Caspiis portis in humilis & concaui iacet solo, quæ opulenta est, rerumque omnium necessariorum ferax, præterquam olei. In ea campus est latissimus, quem Hippoboton vocat, in quo equorum quinquaginta millia pasci dicuntur. Regium id armentum est. Mediam Solinus dictam putat à Medo, Ægei & medæ filio. Hinc medicus, a, um, prima syllaba longa, μέδω: vt, malum medicum, quod & Citreum appellant.

Mēdicā, æ, {מדיקא.} GALL. Herbe appellée grand Trefle ou foin de Bourgongne. ITAL. Medica, trefoglie. GER. Durendisch oder Medisch heuw. HISP. Trebol.} Herba est trium foliorum semper virens, in equorum pabulis laudatissima: quæ semel facta decem annos durat singulisque annis quater aut interdum sexies demesla, flos semper sponte succrescit: ita dicta quod in media abundet. *Seruius scribit* medicam à medis in Græciam fuisse translata, quod tempore Romani eam inuaserunt. *Colum. libro septimo.* Ad macient nulla res tantum, quantum medica, potest, *Vide Canonem de Rustica, capite 41.* & *Varr. libro primo de Re rustica. cap. 42.* & *Columel. libr. 7.* Hieronymus Tragus fœnogræcum syluestre vocat. Idem locum syluestrem siue Lybicum esse suspicatur. Rustici quidem apud nos in Polonia, folia trifolij maioris sui ad vomitum prouocandum edunt, aduersus crapulam præsertim: nimia enim sui dulcedine & nescio qua incredibili qualitate nauicam ciet.

Mēdīstīnūs, Vide MEDIVS.

Mēdicō, cas, & medicor, aris, medeor. {מֵדִי קָבָה מְדָרָפָה. GAL. Medeciner, remedier. ITAL. Medicare. GERM. Heilen/ arzenen. HISP. Amelizar, d curar dolencia. ANGL. To heale, to cure.} *Virgil. lib. 1. Georg.* Semina vidi equidem multos medicare ferentes. *Ouid. 1. Amor. Eleg. 14.* Dicebam, desiste tuos medicare capillos, Tingere quàm possis, iam tibi nulla coma est. Eius passiuo vsus est. *Plin. lib. 16. cap. 27.* Ficus sola ex omnium arborum fœtu maturitatis causa medicatur. Sed hoc rarius. Frequentius enim vtitur verbo deponente medicor: quod modo cum datiuo iungitur. *Virgil. 2. Georg.* Senibus medicantur anhelis. *Terent. in Andr.* Eius labore, atque eius dolore Gnato vt medicarer tuo. Modò est accusatiu. *Idem lib. 11. Æneid.* Sed non Dardanice medicari cupidis ictum Eualuit. [Ego istum lepidè tibi medicabor mecum. *Plaut. Most. sc. 1. a. 2.*]

Mēdicātūs, a, um, Quod medicamentis admixtis est infectū. {מֵדִיקָוֹת מֵדִיקָוֹת. GAL. Medecinè, mictionné de quelque drogue ou liqueur. ITAL. Medicato, mescolato di qualche liquore medicinale. GER. Mit argneten vermischt/ oder mit vermengt. HISP. Amelizarado, mesclado con melizina. ANGL. Healed, mixed with some drogge or licour.} vt, medicatæ fruges. *Virg. 6. Æneid.* Melle soporata, & medicatis frugibus offam. ¶ Sic medicata pocula, Medicatæ ficus, medicatus sapor, medicatus odor. *Martial. lib. 9.* Santonica medicata dedit mibi pocula virga. *Plin. lib. 23. cap. 7. de scis.* Nouissima salubriores, quàm primæ: medicatæ verò nunquam. *Plin. Epistol. 16.* Color cæruleo albidior, viridior & pressior, sulphuris odor, saporque medicatus, vis, qua fracta solidantur. Medicata suffitio vine, *Columel. libro 1. cap. 6.* Tela medicata, veneno, *Silius lib. 7.* medicatus pro venenatus, & toxico infectus. *Sueton. in Claudio*, Et veneno quidem occisum conuenit. Alij domestico conuiuio per ipsam Agrippinam, quæ holetum medicatum auidissimo ciborum talium obulerat.

Mēdicōtū, verbale. {מֵדִיקוֹת מְדָרָפָה מְדָרָפָה. GAL. Medicament, medecine, remede. ITAL. Medicamento, remedio. GERM. Arznei/ netung/ heilung. HISP. Melizina, medicina. ANGL. Healing, curing.} *Columel. libro secundo, capite decimo.* Potest tamen etiam citra istam medicationem cineri mista commode seruari.

Mēdicūs, ci, Qui artem medendi nouit. {מֵדִיקוֹת מְדָרָפָה. GAL. Medecin. ITAL. Medico. GERM. Ein Arzt. HISP. Medico, curador de dolencias. ANGL. A phisician.} Huius duo sunt scopi, vt scilicet præter naturam affectos, quoad eius fieri potest, ad naturalem statum sciat reducere: aut si id fieri non queat, vt saltem dignoscit qui sanabiles sint, & qui deplorati. ¶ Officium medici (vt inquit *Asclepiades*) est, vt tutò, vt celeriter, vt iucundè curet. Vocantur quoq; medici, ἀσκληπιωδὲς ἀπὸ πᾶσις à Græcis. *Plaut. in Rud.* Imò ædēpol vna licera plus sum, quam medicus. c. nunc tu mendicus es? L. tetigisti acu. *Cicer. pro Cluentio.* Iam hoc quoque probe iniquissimè comparatum est, quod in morbis corporis, vt quisque est difficillimus, ita medicus nobilissimus atq; optimus queritur: in periculis capitis, vt quæque causa difficillima est, ita deterrimus, obsecrissimisque patronus adhibetur. ¶ Cura solers medicorum, *Ouid. 1. de Pont. Eleg. 7.* Celer, atque fidelis medicus, *Horat. 2. Sarm. Satyr. 3.* Conuocare medicos, *Catullus.* I Medici mulci. *Gell. cap. 10. lib. 3.* Numo sum conductus, plus iam medicus. *Plaut. Men. sc. 6. a. 5.* Obsecro herclè, medice, propera quicquid fa-







**MEDION**, *μείδιον*, Oppidum in finibus Aetoliz. *Polyb. lib. 28.*  
**MEDIONUM** D. J. vide *Mediocra* in **MEDIVS**.  
**Medipontus**, instrumentum funarium, quod apud *Catonem capite 3.* numeratur inter ea quae necessaria sunt ad conficiendum oleum. *Medipontus* in instrumento funario erat, quem *Medi Xerxis pontem* vocabant. *Herodotus* appellat: ad cuius imitationem hic factus videri possit. Funi enim ponte *Xerxes Hellespontum iunxerat*: cuius tamen qui vsus in torculari esset non facile est dicere. Fortè ad traducendum vsui erat. Verisimile etiam est vehementissimos funes fuisse, quibus ad premendum vehementius oleum vterentur. *Ex Turnebo.*  
**Meditor**, aris, pen. cor. Quasi medio animo verso, cogito & mente pendendo, considero, expendo, commentor. *אֵיךְ הַחֲבֵרָה עָבַדְתָּ* *חֲבֵרָה*, *מִלְּמַדְרַשׁ*, *מִפְּנֵי*, *מִפְּנֵי*. **GALL.** *Mediter*, penser diligemment, & attentivement. **ITAL.** *Pensare*, curare. **GERM.** *Bedachten*, *Bedencken*, *Nachsinnen*. **HISPANIC.** *Mucho pensar*. **ANGLIC.** *To muse* *er study* *on a thing*, *to recorde in ones mynde*. } *Plautus in Amph.* Ea nunc meditor quomodo illi dicam, quum illud aduenero. [Haud in malè meditantem, malè dicax es. *Plaut. Curc. sc. 2. a. 4.* Vt te accusem meditarbar. *Plaut. \*Syeophanta* nequam est, nugis meditar malè. *Plaut. pseud. sc. 7. a. 4.* & *Mastel. sc. 1. a. 2.*] *Teren. in Andr.* Venit meditatus alicunde ex solo loco. } *Plautus in Panegy.* Igitur quod temperamentum omnes in illo subito pietatis calore seruamus, hoc singuli quoque meditati tenemus, &c. *Meditati, inquit*, id est, præparata oratione. } *Interdum exercere. Virgilius 6. Eclog.* Agrestem tenui meditor arundine musam. *Plautus in Stich.* Simulque ad cursuram meditor Me ad ludos Olympiaz. [*Gell. cap. 15 lib. 9.* *Meditans & exercens eloquentiaz Latinae facultatem. Ex Suet. in Nero. c. 40.* Prædictum à Mathematicis olim erat fore ut quandoque desitueretur, &c. quo maiore venia meditaretur Citharodicam artem, &c.] *Inde Meditationes, μείδιον* in Romana militia dicebatur exercitationes, & imaginarij quidam conflictus, qui citra sanguinem fiebant. Nam ars militaris, teste *Vegetio*, ut cæteræ omnes artes meditatione perficitur. } *Meditari* alicui insidias, vel dolum, Idem est quod tendere insidias, vel dolum. *Virgil 5. Eclog.* Nec lupus insidias pecori, nec retia cervis vlla dolum meditantur. [*Meditari* sunt doli probè. *Plaut. pseud. sc. 1. a. 4.*] } *Seruius* putat *Meditor* dictum esse quasi melitor, à verbo *μείδιον*, per immutationem I in literam d. Interdum enim hæ duæ literæ sibi mutuo cedunt: ut *Sella* pro *Sedda*. Hinc *meditari* apud *Virgilium* pro canere, i. *Eclog.* Syluestrem tenui musam meditaris aeuena. } *Reperitur etiam hoc verbum in passiva significatione. Terent. in Phormion.* *Meditatur* sunt mihi omnia mea incommoda. } *Cicero 1. Officiorum.* Leuiora enim sunt ea quæ repente aliquo motu accidunt, quàm ea quæ meditata & præparata inferuntur. *Diomedes Grammaticus libro primo, Medito, inquit*, & *meditor* differunt. Nam, ut putat *Plin.* (nempe in arte Grammatica, de qua se scripsisse testatur in historia præfatione.) *Meditare* est secum cogitare, *Meditari* voce dicere.  
**Meditare**, *Cogitare*. } *Terentius in Phormion.* **GAL.** *Pour y auoir pensè de long temps.* **ITAL.** *Pensatamente per longo tempo.* **GERMAN.** *Mit betrachtung mit erwägung.* **HISP.** *Con mucho pensamiento.* **ANGL.** *translyngly wit meditation and studye.* } *Plautus in Bash.* Næ tu illorum mores, per quàm meditatè tenes, quasi dicat, probè calles illorum mores, illòque ad vnguem nosti ex longa meditatione, vsu, & experientia. [*Nouisse me tuos mores meditatè decet. Plaut. Mil. sc. 1. a. 1.*]  
**Meditatio**, onis, *Commètatatio*, exercitatio. } *ἡμίση* *highghajon* *μείδιον*. **GALL.** *Grand pensement.* **ITAL.** *Gran pensiero.* **GERMAN.** *Ein Betrachtungsbung.* **HISPAN.** *Grande pensamiento.* **ANGLIC.** *Great pansing and musingsadto.* } *Cic. 2. de Orat.* Quos locos multa commentatione, ac meditatione paratos, atque expeditos habere debetis. *Idem 2. de Diuin.* Multi naturæ vitium meditatione, atque exercitatioe sustulerunt: ut *Demosthenes. idem 2. Tuscul.* Stulta est meditatio futuri mali. [*Meditationes, pro conflictibus imaginariis, Vide supra in Medior.*]  
**Meditatio**, nis *meditatio.* *Catullus in Carmine nuptiali*, Aspice ut nuptæ secum meditantina quarant.  
**Meditatio** militum, *Meditatio.* *Tacitus lib. 20.* Et cæteris belli meditationis militum firmabant. *Idem lib. 15.* Nomina summæ curæ, & meditationa.  
**Meditabundus**, *Cogitabundus.* } *μείδιον*, *δὲ* *μείδιον*. **GAL.** *Pensif.* **ITALIC.** *Pensoso.* **GERM.** *Boß betrachtens vnd nachsinners.* **HISPAN.** *El que mucho piensa.* **ANG.** *Pansive.* } Et aduerbium mirabundè, *cogitabundè, φειγνόμεως.*  
**Meditarium**, *Diëtio* facta à *Grammaticis*, qui *meditatum* verbū appellant, quod sensum quandam meditando videntur habere, cuiusmodi sunt *Esurio*, *Micturio*, & similia: quæ *Valla desideratiua* vocat, quod desiderium significat, actus per verbum primitiuum significata.  
**MEDITRINA**, pen. prod. *Medicamentorum dea. Festo.*  
**Meditrinalia**, orum, *Sacra deæ Meditrinæ.* *Mos* erat, aut *Festus*, *Latiniis populis*, quo die quis primùm gustaret mustum, dicere omnis gratia, *Vetus nouum vinum bibo: veteri nouo morbo medeor.* A quibus verbis etiam *Meditrinæ deæ* nomen ceptum: cuiusq; sacra *Meditrinalia* dicta sunt. *Varr. de ling. Lat. lib. 5.* *Meditrinalia*, dies dictus est à *Medendo*: quod (*ut ait Flaccus*) *Flamen Martialis* dicebat: hoc die solitum vinum nouum & veteri libari, & degustari *medicamenti* causa: quod facere solent etiam nunc multi, quum dicant, *Nouum veteri vinum bibo, nouo veteri morbo medeor.*  
**Meditus**, dia, dium, *Quod non mensuratum æqualiter distat ab extremis.* } *μείδιον*. **GALL.** *Qui est au milieu, moyen.* **ITALIC.** *Mixto.* **GERMAN.** *Das mittelst dastu mitten ist.* **HISPAN.** *Cosa media entre dos cabos.* **ANG. *That is in the middlest.* } quamuis etiam *Medium***

**PANIS**, huius panis. { *πανη* *λεβητον*. GALL. *Du pain.* ITAL. *Il pane.* GERM. *Broet.* HISP. *El pan.* ANGL. *Breade.* } A pacendo (*inquit Nonius*) proprietatem habet: siue quod *παν*, Graeci, Omne dicunt, propterea quod omnibus pulmentis adhiberi possit, & ferè adhibeatur, quum nullum obsonium faciat gustatu ingratius. *Cic. pro Cluent.* Oppianicum veneno esse necatum, quod ei datum sit in pane. *Idem in Pisonem*, Pistor domi nullus, nulla cella, panis & vinum à propola. *Terent. in Eunuch.* Quo pacto ex iure hesternò panem atrum vorent. ¶ Panis ficcus (i. sine opsonio.) *Seneca Epist. 84.* Panem facis & farinam. (ambiguè) *Martial. Epigram. 16. lib. 8.* Defuit & panis & aqua. *Senec. cap. 11. de Tranquil.* Pane sordido vitam oblectare. *Plaut. Asin. sc. 2. a. 1.* Et *Sueton. in Neron. cap. 48.* Altera manu fert lapideum, altera panem ostentat. *Plaut. Aulul. sc. 4. a. 1.* Panem candidum edere. *Quintilian.* Hæc vult ventri stabilitatem, Panem & affa bubula. *Plaut. Curc. sc. 3. a. 2.* Vbi obiter notandum legi hæc: ¶ Pane in neutro genere, vt testatur *Nonius*. Pane madido linere faciem ne crescat pilus. *Sueton. in Octon. cap. 12.* ¶ Panis varia sunt genera: nam alij sunt ab opsoniis appellati: vt Ostrearij panes: alij à delicis, vt Artolagani: alij à Festinatione, vt Speustici: alij à coquendi ratione, vt Furnacei, vel Artoptij, qui in cibus sunt cocti. Sunt & alia panis genera, quæ vide *apud Plin. lib. 18. cap. 11.* Cibarius panis quis dicatur, expheauimus supra suo loco: de Secundario pane suo quoque loco dicturi. \* Panis interdum pro annoa reperitur. Quod inde conicitur, quod à silco percipiendos reditus, quos *Iustinian. in Authen. de non alien §.* Hæc ergo Annoam ciuilem appellat: idem *Casar in L. ult. C. De iure dotium: & in L. Hæc edit. Itali. §. His illud. C. De secundis nuptiis.* panem ciuilem vocat *Alciatus*.

**Panifex**, *panificis*, Qui panem facit: qui & Panificus dicitur. { *παν οφθη. ονοποιος, αποποιος*. GALL. *Boulangier.* ITAL. *Pistore, Fornajo.* GERM. *Ein Broetbæck.* HISP. *Hornero, panadero.* ANG. *A baker of breade.* } Vnde mulieres quæ panem faciunt, Panificæ vocantur.

**Panificium**, *cij*, Ipsa panis confectio, & actus faciendi panem. { *πανωποια*. GALL. *Ouurage en pain, art à faire le pain.* ITAL. *Arte di far pane.* GERM. *Broetbæckung.* HISP. *La obra de la panaderia.* ANG. *Baking of breade.* } *Celsus lib. 2. cap. 8.* Scire igitur oportet omnia legumina, quæque ex frumento panificia sunt, generis valentissimi esse. Valentissimum voco, in quo plurimum alimentum est.

**Panarium**, *rij*, Locus vbi panis seruatur, panis repositorium. { *πανωριον, πανωριον, δωρακιον*. GALL. *Le lieu où on garde le pain.* ITA. *Donne si repono il pane.* GERM. *Ein broetbæckstun/broetbæck/ein fedes etc an das man broet gehalten.* HISP. *Lugar para guardar pan cozido.* ANGL. *where the bread is kept, a pantrie.* } *Sueton. in Calig.* Sparfit & missilia variarum rerum, & panaria cum opsonio vitium diuisit.

**Panariolum**, *li*, diminutiuum. { *πανωριον* *απο το πανωριον*. GALL. *Petic panier pour mettre le pain.* ITA. *Picciolo canestro da portar pane.* GERM. *Ein broetbæckstun/ein broetbæckstun.* HISP. *Cesta para guardar o traer pan.* ANG. *A little basket to put bread in.* } *Mart. libro tertio*, Cum panariolis tribus redisti.

**PANIS** *el*, *πανιονιον*, Dij syluestres, per diminutionem dicti, quasi minutuli panes, sicut à Satyro Satyriscus inclinatur. Scribit *Plin. li. 35.* Paniscum fuisse pictum à Taurisco pictore. [*Sueton. in Tiber. ca. 45.*]

**PANNON** *i*, *πανιονιον*, Appellantur à Romanis, quos Graeci Pæonas, *πανινας*, vulgus Hungaros vocitat, quorum fama olim formidinae totam conculsit Italiam, tanquam essent bello insuperabiles. { GERM. *Die Ungarten.* } Hi tribus fluuiis, Drauo, Sauro & Istro, vallantur.



**Pannonicus**, ca, cum, *παννόνιος*. Sueto. in *Augusto*. Reliqua per legatos admistravit, ut tamen quibusdam Pannonicis bellis atque Germanicis aut interueneret, aut non longe abesset. Horum regio, *παννία*, dicta est, quæ ab Oriente habet Mesiam, quæ & Seruia & Bulgaria dicitur: ab Occidente Noricum, à Septentrione Germaniam & Danubium. Diuiditur autem Pannonia in superiorem & inferiorem. Pannonia superior ab Occasu Norico: à Septentrione, Germania & Istro terminatur: ab Oriente habet Pannoniam inferiorem: à Meridie Illyrium. Hodie hæc Pannoniæ pars Styria & Austria appellatur, in qua Vienna vrbs celeberrima, firmillimùmque orbis Christiani propugnaculum. Inferior verò Pannonia à Septentrione Germaniam, Danubiumque: ab Occasu Pannoniam superiorem: à Meridie Liburniam, quam hodie Sclauoniam appellant, prospicit: ab Ortū veldazyges Metanastas: quem tractum hodie septem castra vocant. Hæc Pannoniæ pars hodie serè vno nomine Hungaria dicitur.

**Pannus**, ni, per duplex nn. Quo vestitur. { *παννός*. GALL. Drap ou drapeau. ITAL. Panno. GERM. *Zuch*. HIS P. Panno. ANG. *Cloth*. } *Quid in Ibin*. Tincti ferrugine panni, *Horat. 1. Carminum, Ode 36*. Telpes & albo rara fides colit Velata panno. Pannum neutri generis, protulit *Navius in Tabel*. Qui habet vxorem sine dote, pannum positum in purpura est. *9* Ponitur aliquando pro linameto quod vulnere imponitur. *Colum. lib. 6. cap. 12*. Pannis aceto, & sale, & oleo madentibus inculcatis.

**Panniculus**, li, diminut. à panno. { *παννικύλον*. GALL. Petit drapeau delic & vsé, haillon. ITAL. *Drappo sottile*. GERM. *Zuchlein*. HIS P. *Pequeno panno*. ANG. *Arage, a clove*. } *Iuuen. Sat. 6*. quarum Delicias & panniculus bombycinus vit. Panniculos item aliquando viliores pannos, hoc est attritos & laceros. *Celsus lib. 7*. Fascia eius causa sit, cui imo loco pila assuta est ex panniculis facta, quæ ad repellendum intestinum ibi subincitor. \* Item pro pannoso accepisse videtur *Martialis lib. 5*. O quam dignus eras alapis Marianæ Latini, Te successurum credo ego panniculo.

**Pannicularia**, *Vlp. teste*, Dicuntur ea quæ in custodiam receptus secū attulit: ut vestem qua indutus fuerat, qui ad supplicium ducitur, aut nummos quos victus sui causa habuerit in promptu, aut leues anulos, hoc est qui rem non excedunt aureorum quinque. *Vide Vlp. in l. Diuus de Bon. damn.*

**Panneus**, a, um, Quod ex panno est. { *παννέος*. GALL. De drap. ITAL. *Di panno*. GERM. *Zuchtnaustuch*. HIS P. *Cosa da materia de panno*. ANGL. *Of cloth*. } ut, Vestis paucea quæ ex lana est.

**Pannosus**, Qui sordida veste & crasso panno, vilique operus est. { *παννός*. GALL. Qui est pourement habillé. ITAL. *Vestito di panni, rozza*. GERM. *Unsaftig / mit bösen geruchlichen und schlechten kleidern angethon*. HIS P. *Embuelto o vestido en pannaes, o vestido de panno vil o gressero*. ITAL. *Tha weareth poore apparel*. } *Cicer. ad Attic. lib. 4*. Clodij vestibulum vacuum sanè mihi nuntiabat paucis pannosis, sine latera. *Iuuenal. Satyr. 10*. pannosus vacuis ædilis Vlabris. *Iustin. lib. 2*. Permutato regis habitu, pannosus, sarmenta cello gerens, castra hostium ingreditur.

**Pannuceus**, a, um, idem quod pannosus. *Paxidus. Pers. Sat. 4*. Dum ne deterius sapiat pannucea Baucis. { *Pannucea* mentula. *Veclia. Martial. Epigram. 47. lib. 11. 1*

**Pannellium**, dictum à panno & voluendo filo. *ut autor est Varro lib. 4. Apud Isidorum*. legitur Pannellium. Item *Hesychius*, qui in Græca voce explicanda vsus est vocabulo Romano *παννών*, inquit, *παννών* à *παννός* & *πέλος* & *πέλος* à *πέλος* & *πέλος* à *πέλος*. Quæ si vera lectio videtur, à panno voluendo pannellum dictum. *Scaliger in Varronem*.

**PANOMPHÆVS**, *πανομφεύς*. { GERM. Ein junam Iouis ate der aller stimm höre. } Iouis epitheton, à *παν* & *ομφή*, vox: siue quodd ab omni lingua colatur, siue quodd omnium voces audiat. *Quid lib. 7. Metamorph.* Ara panomphæo vetus est sacra tonanti.

**PANÓPE**, es, *πανόπη*, siue Panopæa, *πανόπηα*, Nympha marina, Nerei & Doridis filia, ita dicta à perspicuitate visus. *Virg. 5. Æneid.* Phorcique chorus, Panopæaque virgo. *Idem 1. Georg.* Glauco & Panopæa, & Inoo Melicertæ. *Hesiod. in Theog.* *Δαίτης & πανόπη, & Πανόπη, Τελόπη.*

**Panoplia**, panopliz, *πανοπλία*, Perfecta armatura: hoc est quicquid ad armandum militem est necessarium.

**PANOPOLIS**, *πανόπολις*, Oppidum est Aegypti, Panos cultui præcipue deditum: cuius simulacrum ingens apud illos erat, pudendo supra modum erecto: dextra autem Lunæ flagellum intentans. Hinc fit gentile Panopolites. Nomos quoque vicinus, ab oppidi huius nomine Panopolites dictus est: *de quo Plinius libro quinto, capite 9.*

**PANORMVS**, *πανόρμος*. Vulgò *Palermo*. { GERM. Ein vergebtig in Sicilien wissig in Palermo. } Latine statio dicitur: quo nomine dicta est Sicilia insignis ciuitas, propter multitudinem nauium quæ vndique illic conueniant. Hæc etiam in neutro genere effertur Panormum. Componitur *παν* à *πανός* & *ορμος*. Est autem *ορμος*, portus pars, siue statio. vnde nauæ Hormizare dicuntur, quando nauem anchoris & retinaculis instruunt, quod secuta sit à repentinis procellis. Hæc sunt Panormita, *πανορμίται*, & Panormitæ, qui ex Panormo est. *Publ. 3. cap. 4.*

**Pansæ**, D: et sunt quibus lati ac pans sunt pedes: sicut Planci, quibus plani sunt. { *πλατὸς πόδι*. GALL. Qui ont les pieds larges. ITAL. *Chè hanno i piedi larghi*. GERM. *Der breite fûß haben*. HIS. *Hombres que tienen la plantas llanas*. ANG. *Thath hath broad feet*. } *Plin. lib. 11. cap. 45.*

**Pansebaltos**, *πανσεβάτος*, Gemma quæ afferre fecunditatem existimatur: ita dicta quasi prorsus augusta & veneranda. Aliàs Paneros dicitur. *Plin. 1. 37. c. 16.*

**Pan selēniūs**, *πανσεληνός*. penultima producta, Plenilunium, quum scilicet Luna pleno orbe fulgens, totam lucet noctem. Nā *πανσεληνός*, Luna dicitur: vnde & Proselenus. *οπροσεληνός*, ante Lunam natus, quo cognomine dicti sunt Arcades, qui se ante Lunam natos fuisse gloriabantur.

**PANTACEVS**, *παντακός*, Fluius est in sinibus Italiæ non procul à Gargano monte iuxta Calchantis, & Podalirij facella: cuius aquæ ad peccorum morbos præfens habent remedium. Dicitur Pantaces, *παντακός*, hoc est à morbis omnibus curans.

**PANTAGIAS**, *πανταγίας*, Fluius qui quum plenus incederet, totam Siciliam sonitu implebat: post raptum autem Proserpinæ quæ Ceteri filiam quærenti obstreperet, tacere iussus, paruit numinis voluntati. Hæc *Seruius in illud Virgilij 3. Æneid.* Viuo præteruehor ostia saxo Pantagiæ. Nomen autem videtur accepisse hic fluius à nimia rapiditate, *πανταγίας*, quod obuia quæque prosternat atque secum rapiat.

**PANTHĒA**, *πανθήα*, Vxor fuit Abradatæ regis Suforum, ut forma ita & castitate insignis: quæ quum à Cyro maiore, expugnatis Assyriorum castris capta esset, liberalitèr quæ ab eo habita, Abradatæ virum ad se accessit, cum per communia lecti fœdera obtestas, ut pro tanta regis in se beneuolentia aliquid illi mercedis rependeret. Quæ vxoris oratione inflammatus Abradatæ cum vniuersis copiis in Cyri castra venit: vbi quum fortiter dimicans mortem appetisset, Panthea cadaver illius inter tot millia caëtorum agnitum, lectica sua ad ripam Pactoli amnis retulit: ablutisque eius vulneribus quum nutriti quid post mortem fieri vellet in mandatis dedisset, capite in mariti pectus inclinato, necem sibi conscia. *Vide historiam hanc latius apud Xen. lib. 7. Ped. Cyri.*

**PANTHĒON**, *πανθήων*, { GERM. Der tempel aller Götterten oder heiligen zu Rom. } Templum Romæ, ut Dion historicus refert, sic dictum, quod in Martis Venerisque imaginibus, sub templo constituis, omnium deorum imagines effictæ erant. Siue quodd templū rotundum sit, cæloque persimile ut propterea omnium deorum habitatio censetur. Potest etiam dici Pantheon, summū deorum. Nam *παν* significat omne (quod sanè in similibus sæpe ad summū spectare solet) & *θεός* deorum. *Plin. 1. 36. c. 15.* Pantheon Ioui vltori ab Agrippa factum fuisse narrat. Hodie vulgò appellatur Templum D. Mariæ rotundæ.

**Panther**, pantheris, *πανθηρ*. Animal est ferum, cuius mas dicitur pardus. Latini formato sceminino ab accusatiuo singulari, vocant pantheram: sicut ab accusatiuo nominis crater, facimus nomen primæ declinationis cratera, crateræ. *Vide dictionem subsequenter.*

**Panthera**, *πανθηρα*, pen. prod. Animal prorsus ferum & maculosum, quod & pardalis dicitur: mas eius appellatur pardus. Dicitio est composita à *παν*, quod significat totum, & *θηρ* fera. Abundat in Hyrcania & Media. *Horat. in epist.* Diuersum confusa genus panthera camelo.

**Panthermus**, adiectiuum, Quod ad pantheram pertinet: ut, Pantherina pellis, *apud Plin. lib. 15. cap. 11.* Pantherinæ mensæ, quæ in orto discursu maculatæ sunt. *Plin. lib. 13. cap. 15.* Mensis præcipua dos in vena crispis, vel in vertice variis: illud oblongo euenit discursu, ideo rigitinæ appellantur: hoc, intorto, & ideo tales pantherinæ vocantur.

**Panthēron**, pen. prod. *πανθηρον*, siue Pantherum, pantheri. { ANGL. *A draxing nette*. } Retis genus est, ex eo nomen habens quodd aues omnes includat, eadem ferè ratione qua panagron, quod rete piscatorum est, *θηρ* venatum significat, & aucupium: vnde pantheron dictum, & *θηρ* aucups. Est autem huiusmodi rete quod nostri, *Saltabundum* appellant: quod quum humi exporrectum est, & in oblongam tenuitatem contractum, tegitur quilibet, ne ab auibis provideri possit. Deinde quum opus est adducto magna vi fune, repente expanditur, inefcatasque aliquot diebus anticas vno ictu vniuersas cõtegit. Hoc reti Galli ad passeret & sturnos viuunt, & ad grues, & otidas, quas *Ostardus* vocant, quasi tardos ansetes *Vlp. de Actio. empt. & vend. Emptorem*. Veluti quum futurum iactum retis à piscatore eminus, aut indagatim plagis positus à venatore, vel panthera ab aucupe. Nam etiam nihil capis, nihilominus emptor, pretium præstare debet. Quo in loco teste *Budeo*, panthera accusatiuus est pluralis, à nominatiuo pantheron: accipiuntque per metonymiam pro vniuerso aucupio, hoc est, pro captura ipsi, seu præda, quam aucups panthero ceperit.

[Panthera successor Agathoclis.]

**PANTHŌVS**, & per contractionem Panthus, *πανθός*, *ου*, Nomen proprium filij Otrei fratris Hecubæ. Vocatiuum facit Panthu abiecto s, more Græcorum. *Virg. 2. Æneid.* Quo res summa loco Panthus quam preudimus arcem? Inde fit Patronymicum Panthoides, penul. correpta, quo vsus est *Quid. lib. 15. Metamorph.* pro Pythagora, qui tempore belli Troiani se Euphorbum Panthoi filium fuisse gloriabatur.

**PANTICAPES**, *παντικαπες*, Fluius est Scythiæ quintus ab Istro (ut scribit Herodot. lib. 4.) Nomadas à Georgis determinans.

**PANTICAPÆVM**, *παντικαπείον*, Vrbs maxima ad Bosphorum Cimmerium, cæterarum metropolis, condita ab Ætæ filio, cui Agarus Scytharum Rex hunc locum donauerat. Nomen autem accepit à Panticape vicino amne. *Meminit huius oppidi Plin. lib. 4. cap. 12.*

**Panticeſ**, Fluxus ventris (inquit *Festus*) à pandendo, quodd ventrem pandat. Sunt qui Panticæ inte. prætentur nimiam ventris pinguedinem, quam Galli vocant *La pance*. { ANGL. *The stix, lew scnes of the bellie*. } *Plaut. in pseud.* Ed vos vestros panticæ ad: d madefacitis, quum ego siem hic siccus.

**Pantolāpus**, *παντολάπος*, Notissimi scurræ nomen, *apud Horatium in Satyr.*



PANTOMATRYM, *παντομιμα*, Stephano, Oppidum est Crete insule maritimum, auctore Plinio lib. 4. cap. 12.

PANTOMIMUS, pen. prod. *παντομιμος*. Personarum omnium imitator, qui in scenis personas per singulorum actuum simulationes ostendebat. *Sueton. in Augusto, cap. 53.* Mythicum pantomimum, hoc est fabularem, quendam vocant. Pantomimorum duo sunt genera, Scenici, & Mythici. Pantomimi Hylas, Stephanio, Pylas, in quos seuerè animaduertit Augustus. *Sueton. in Augusto, cap. 45.* Pantomimorum factiones relegatae. *Sueton. in Nerone, cap. 16.* Item Quorum Pantomimæ decies sestertio nubunt. *Seneca, cap. 12. de Consol. ad Helviam.* Pantomimorum alter saltator, alter interpellator. *Quintilianus.* ¶ Ponitur quandoque pro ipso poemate, *Plin. in Paneg.* Idem ergo populus ille scenici imperatoris spectatores & applausor, nunc in pantomimis quoque aduersatur, & damnare effeminatas artes.

PANURGIÀ, *πανουργία*. GALLIC. Astuce, finesse. ITALIC. Astutia. GERMAN. Arglistigkeit. HISPAN. Astucia. ANGLIC. Subtilitie guile. ¶ Astutia, fraus. *Plautus.* Isthæc panurgia tere in pistrinum dabit.

PANURGUS, *πανουργος*. Omnium rerum experientiam habens, *Sædus panuragos*. Ponitur Atticis scriptoribus pro callido, astuto, vafro, versipelli, versuto, veteratore.

PANUS, *πανος*, & aliquando apud Celsum, Panis, panis. Tramæ inuolucrum, teste Nonio, quo panni texuntur, à quo panula & panicula, *ait Festus*, per diminutionem, *Lucil. lib. 9.* Foris subtegminis panus. ¶ Ab huius similitudine etiam innatus tumor sub faucibus auribusve & inguinibus, panus appellatur. *Phlegon. Plin. lib. 20. cap. 1.* Et laterum parotidas & panos sanat. Panos Galenus in plures species diuisit. Panus (*inquit Hermodorus*) siue vt quandoque scriptum est in Cello panis, à figuræ similitudine dictus est, tumore non alto, sed lato, in quo quiddam pustulæ simile est, sitque in vertice, alis, inguine, cum dolore ac distentione vehementi. Huius diuinitium est Panellus, *quænon.*

PANICULÀ, diminutiuum à panus. *απανικυλα*. Significat comam illam in milio, panico, arundine, & in omnibus ferè arboribus picei generis, in qua semen dependet, quam *Plinius lib. 16. cap. 10.* vocat panos & paniculas, & aliquando nucamenta collo squamatum compacti, quæ *απανικυλα* Græci appellant. Quicquid igitur sublongavel subrotunda forma tumet, panicula ferè dici potest. *Plinius libro 21. cap. 4.* Græcula rosas conuolutas habet foliorum paniculas. *Plaut. Milit. sc. 1. a. 1.* Quasi ventus folia, aut paniculam textoriam. Ita hic legunt omnes docti.]

PAPÆ, *παπα*, Admirantis interiectio. *Donatus.* Papæ interiectio est mira subito accipientis. habet enim in se affectum verbi miror: vt Papæ, quid video? *Terent. in Eunuch.* Papæ, hæc superat ipsam Thaidem, [Papæ: vt deliramenta loquitur. *Plaut. Menachm. sc. 5. a. 5.*]

PAPAEVS, Nomen. *Herod. teste lib. 4.* quo apud Scythas Iupiter vocatur.

PAPAUER, eris, Genus herbæ somniferæ. *απανωρον*. GALLIC. Du pauot. ITALIC. Papauero. GERMAN. Nagfamen. HISPAN. La dormidera. ANGLIC. A poppy. ¶ Vnde à *Virgil. 4. Aeneid.* Soporiferum papauer appellatur. [Et *Ouid. Eleg. 2. lib. 5. Trist.* Quotique soporiferum grana papauer habet. *Idem 4. Fastor.* Interea placidam redimita papauere frontem. Nox venit.] Diuersa papaueris sunt species: præcipuum tamen est album satiuum, quod semen habet: quod tostum in secunda mensa cum melle apud antiquos edebatur. Hoc præcipuum candorem lina & lanæ contrahunt. *Plin. lib. 18. cap. 25. Diosc. lib. 4. cap. 67.* Papauer masculinè antiqui etiam enuntiarunt. *Varro in admirandis*, Infria seni papauerem. *Plaut. in Afin.* Formicis obicias papauerem.

[Papauerus, a, um. *Ouid. 4. Fast.* Illa papaueræ subsecat vngue comas.]

PAPAUERATA toga, A colore candido dicta est, *απανωροειδης χιτων*. Eadem spissa toga dicebatur. *Plin. l. 8. c. 48.* Crebræ papaueratæ antiquiorem habent originem.

PAPAUERUS, aliud Adiect. *απανωρος*, vt Comæ papaueræ. *Ou. 4. Fast.*

PAPHAGES, Rex Ambracis. Is quum obuiam factus esset lænæ catulis suis stipatæ, ab eadem occisus est.

PAPHLAGONIA, *παφλαγονία* Regio minoris Asiæ, ad Septentrionale latus veria, supra Galatiam, cuius eam Ptolemæus partem facit: ita dicta, teste Stephano, à Paphlagonè Phinei filio. GERMAN. Ein Landschaft des minderen Asien stoffend an Galatiam vnd das Euxinisch mer. Eius incolæ dicti sunt Paphlagones, ex quibus fuerunt & Hæneti, qui per seditionem patria pulsi, & rege Pylemene ad Troiam amisso, Antenorem in Italiam sequuti sunt, & pro Hænetis literæ vnus immutatione Veneti appellari sunt, auctore *Livio l. 1. ab Urbe condita.* [Plaut. *Cur. sc. 1. a. 3.* Paphlagonas & Sinopeas subegit.] Paphlagonia (vt *Solinus scribit*) à Citoro monte confurgit porrecta in spatium vni & sexaginta millium. In ea Mithridates Eupatoriam condidit, quæ subacta à Pompeio, Pompeiopolis nominata fuit.

PAPHVS, *παφος*, Filius Pygmalionis filij Cilis ex Eburnæ matre. Quum enim olim Pygmalion in Cyprum insulam peruenisset, cõperissetque mulieres omnino libidini obsequentes, carlibem vitam ducere statuit. Porro quum ingenio valeret, essetque sculptor insignis, dicitur sibi ex candidiss. no ebore muliebre sculpsisse simulacrum, omnis venustatis formæque numeris (quoad fieri potuit) absolutum. in quo quum homo ingeniosus artē suam miraretur, in eius amorem incidit, orauitque Venerem, quæ summa cum veneratione id temporis in Cypro celebrabatur, vt vxorem sibi concederet statuæ suæ eburnæ simillimam. Quibus precibus à Venerē exauditis, Pygmalion domum rediens statuam suam animatam inuenit, seruatiueque iisdem lineamentis, eodēmq; candore, in formosissimam virginem transformatam. Cuius postea concubitu v. sus, ex ea Paphum filium suscepit, qui & patri in regno successit,

condiditque urbem in Cypro, quam de suo nomine Paphum appellauit, constructa etiam in eo templo & ara in honorem Veneris, cui diu solo thure sacrificatum est. *Virgilius libro decimo*, Est Amathus, est celsa mihi Paphos, atque Cythera, &c. ¶ Inde Paphius, a, um, vnde & Paphia Venus dicta est, quod apud Paphum coleretur.

[Papia lex de Delatorib. *Suet. in Nerone, ca. 10.* Item Papia Popæa lex, *Suet. in Claud. cap. 18. & cap. 23.*]

PAPIA, Ciuitas Insulbrum, Ticinunt, auctore *Ptolemæo* appellata, olim Ostrogothorum & Longobardorum regum sedes. *Vulgo Papiua.* GERMAN. Pauer. ¶

PAPILLO, papillonis. *απανικυλα*. GALLIC. Vn papillon. ITALIC. Papilla. GERMAN. Ein pfeff botter/sommer vögetin. HISPAN. Mariposa. ANGLIC. A butter flie. ¶ Inter vermiculos alatos numeratur, quo nullum animal imbecillius est, *Columella libro 9. capite 14. de apibus*, Vermiculi quoque, quæ tinæ vocantur, item papiliones encandis sunt. Nam (vt idem testatur) ex papilionum stercore nascuntur tinæ. ¶ Item papilio, *απανικυλα*, dicitur tentorium. *απανικυλα*. GALLIC. Vn papillon, vne tente. ITALIC. Padiglione. GERMAN. Ein geseß. HISPAN. Pabellon. ANGLIC. A pabellion. ¶ *Plin. l. 5. c. 3.* Numidæ verò Nomades à permutandis papilionibus, mapalia sua, hoc est domus, plaustris circumferentes. Castigiora exemplaria habent, A permutandis pabulis.

PAPILLÀ, papillæ, Parua papula, tuberculum. *απανικυλα*. GALLIC. Le petit bourde de la mamelle. ITALIC. Mamella. GERMAN. Ein büßiglin/das brust wärtlin. HISPAN. El peçon de la teta o teta pequenna. ANGLIC. The pape head. ¶ *Serenus*, Excruciant turpes anum si forte papillæ. Sed hoc rarius: sæpius enim significat mamme capitulum, vnde lac sugitur, quauis etiam pro ipsa mamma ponatur. *Virgil. l. n.* Hasta sub extera donec perlata papillam hæsit. [*Sueton. in Nerone, cap. 34.* Papillas exoculari. *Plaut. Afin. sc. 3. a. 1.* Si papillam pertractauit (amator) Id haud est ab re aucupis. *Idem pseud. sc. 1. a. 1.* Papillarum horridularum oppressuuncula.] Dicitur tam de viris quam de mulieribus, & aliis animalibus. Dictæ papillæ, quasi parua pabulæ, quod papularum sint similes. ¶ Papillæ etiam in fontibus clauiculæ illæ dicuntur, quæ aquas fundunt quibus exercis aqua effluit, fistulis verò immixtis aquæ cursus prohibetur. *Varro l. 3. de Re rust. c. 14.* Qui sic, si adduxeris fistulam, & in eam papillas imposueris tenues, quæ eructent aquam, &c.

PAPILLATUS, Papilla ornatus, seu in papillæ speciem factus. *απανικυλα*. GALLIC. Fait en façon de mamelle. ITALIC. Fatto à foglia de mamella. GERMAN. In der gestalt als ein brust wärtlin gemacht. HISPAN. Hecho en manera de peçon de la teta. ANGLIC. Made in fashion of a pap head. ¶ Expapillatus, adusque papillam nudatus. *απανικυλα*. *Plaut. in Militie.* Idem & cum nexu humero læuo expapillato brachio. *Vide suo loco.*

PAPINI JĀNVS, *παπινιαδης*, Iuriscõsultus, Seuero principi gratissimus, Sæuolæ discipulus, cui in aduocatione sisci successit. Is est cui filios suos Seuerus moriens commendauit: deinde ab Antonio Caracalla securi percussus. Causa necis traditur, quod Caracalla, interfecto fratre Geta, ei mandauerit vt & in Senatu, & apud populum facinus dilueret: illum autem respondisse, non tam facile patricidium excusari posse quam fieri. *Spartia.*

PAPINIUS STATIVS, Neapolitanus inter heroicos poetas relatus, haud ignobili genere ortus est. Quidam scribunt maiores eius oriundos esse Epiro, diuque versatos Sellis non sine admiratione ingenij & probitatis. Patrem Papinium habuit, qui ob insignem eruditionem, egregiæque virtutes Neapoli ciuitate donatus est, in qua Statius Papinius poeta natalem suam habuit. Edidit multa & varia poemata, Thebaidem libris duodecim, quos consecrauit Cæsari Domitiano. Præterea opus Syllarum. Postremò Achilleida aggressus, morte præuentus tantum reliquit inchoatam. *Ex Crinito.*

PAPITIVM, *παπινιον*, Vrbs est Paphlagoniæ: à quo fit gentile Papitius, *απανικυλα*. Auctor *Steph.*

PAPPÀ, *παππα*, per duplex pp, Prima infantulorum vox, qua patrem compellant.

PAPPARE, Est minutus & commanducatos cibos comedere, quales nutrices infantibus præbent: & in ea significatione apertissimè vsus est *Perfius Satyr. 3.* Et similis regum pueris pappare minutum, Poësis, & iratus mamæ lallare recusas. Quare quod antea hic ex hoc *Perfij* loco probabatur, blandiusculis verbis esse patrem appellare, reiciendum & explodendum est. *Plautus in Epid.* Nouo liberto opus est quod pappet. P. Dabitur, præbebo cibum.

PAPPAS, *παππας*, Accipitur pro patre, siue pro eo qui puerum alit. *Iuuen. Sat. 6.* timidus prægustet pocula pappas. Est autem nomen venerationis à Syracusis tractum: quo etiam nomine Scytharum nonnulli Iouem appellant, teste *Herodoto.*

PAPPVS, *παππος*. GALLIC. Ayeul. ITALIC. Auo. GERMANIC. Ein groß vatter. HISPAN. El abuelo. ANGLIC. My fathers or mothers father. ¶ Auus. *Ausonius ad nepotem suum*, -pappos, auis que trementes Anteferunt patribus seri noua cura nepotes.

PAPPÛ, *απανικυλα*. ANGLIC. The soft doune of thistle floweris. ¶ Dicuntur carduorum flores, & lanuginosa quædam substantia in aciem se effundens, vt veluti flocci quidam volare videantur. *Lucretius libro 2. Vestem nec plumas auium, papposque volantes.* *Plinius libro 21. capite 16.* Pappum vocari ait, lanuginem helixines herbæ. *Ex libro 25. capite 13.* dicit esse herbam, quæ aliàs senecio dicitur, quod in pappos abeat, & lanuginem carduorum floribus similem habeat.

PAPPVS, *παππος*, Id est, auitus.

PAPPVS, *παππος*, Philosophus Alexandrinus, scripsit de situ orbis, de fluuiis Asiæ, & commentarios in Ptolemæum.



PAPRIMIS, παριμις, Ægypti oppidum. Cuius cuius Paprimites, παριμιτις, Steph.

PAPULA, πούλα, pustula, tuberculum quod ieiunæ saluæ defricatione curatur. Sbroggia. GER. Ein guttermaat. HIS. Lobanillo. ANG. A pimple or wheleke. Papulis cutis exasperatur, & rubet, leuiterque roditur. Virg. l. 3. Georg. Ardentes papulæ, atq; immundus olentia sudor Membra sequebatur. Duo autem sunt genera papularum, quæ cuiusmodi sunt, Vide apud Celsum libro 5. cap. vli. Huius diminutium est Pappilla.

PAPYRVS, A velocitate Cursor dictus, qui dictator creatus aduersus Samnites, quum se aduersus omnibus progressum esse sensisset, ad auspicia repetenda Romam rediens, edixit Fabio Ruiliam magistro equitum, quem exercitui præfecerat, ne manus eum hoste confereret. Sed quum ille oportunitate ductus pugnaſſet, ac vicisset, reuerſus eum ferire ſecuri voluit: ille in urbem confugit: ubi quum nec ſupplices Tribuni ſatis eum tueri auderent: victus tandem Dictator populi precibus, miſericordie parentis lacrymis, ſupplicium ei remiſit: paucisque poſt diebus ducto de Samnitibus triumpho, Dictatura ſe abdicauit. Vide Liniuſ libro 9. ¶ Lucius Papyrius Cursor, ſuperioris filius, de Samnitibus ſecundum patrem omnium pulcherrimam victoriam reportauit: ad eumque Fortunæ de manubiis faciendam locauit. ¶ Papyrius Craſſus, quum Priuernes intra mœnia fugiſſet, ac pro rebus bene geſtis triumphus ei negaretur, in monte Albano triumphauit, & pro laurea vſus eſt myrtea corona. Valerius libr. 4. ¶ Papyrius Carbo, cum dentibus natus, ut ſcribit Plin. l. 7. c. 6. Papyrius prætextatus, nobilis adoleſcens, ex eo cognomen adlecutus, quod in prætexta & adoleſcentia magnæ indolis atque ingenij ſpecimen dedit. Quum enim à patre duceretur in Curiam, in eaque fortè arcana quædam tractarentur, domum reuerſus, interrogatus à matre quidnam in Senatu eſſet actum, ut duæ (inquit) vni nubere poſſint. Quare inter matronas ſparſa, manè gregatim ad Curiam concurrunt, multò æquius eſſe clamitantes, duobus vnum nubere, Cuius clamoris cauſa tandem intellecta, Senatus Papyrij in ætate taciturnitatem admiratus, ſoli in poſterum æquahbus aditum conceſſit in Senatum. ¶ Papyrius item alius fuit, qui quum Publium quendam adoleſcentem nobilem ære alieno ſibi deuinctum, & in ſeruitutem adiudicatum haberet, fœdòque eius amore captus, generoſum animum ad turpe obſequium nulla ratione poſſet inſectere, eaq; de cauſa adoleſcentulum multis, & plagis, & cotumeliis aſſeceret, re in Senatu cognita, in carcerem conſectus eſt, cautumque eſt nequis in corpora libera ob æs alienum quippiam in poſterum iuris haberet. Simile quiddam reſert Valerius libro ſexto, capite primo, de I. Veturio, & Calio Plorio.

PAPYRVS, πούρος, Arbuſcula eſt, præcipuè in Ægypti paluſtribus naſcens, habens radicem obliquam, triangulis lateribus, decem non amplius cubitorum longitudine, in gracilitatem ſaſtigiata, thyriſi modo cacumen includens. Ex hoc frutice præparantur chartæ acu diuiſæ in pertennes, & latiffimas phylluras, quæ eo meliores erant quod mediæ papyri propinquiores, quæ ab huius fruticis appellacione etiam papyri nomen acceperunt. Diuerſa huiusmodi chartarum genera vides apud Plinium libro 13. cap. 11. ubi primùm chartarum vſum Alexandri Magni temporibus in Ægypto putat fuiſſe iuuentum: quanuis alij etiam Numæ regis temporibus, chartarum vſum fuiſſe contendunt. Ab huius quoque fruticis nomine, etiam hodie chartas noſtras quæ ex cotritis linteis ſiunt, papyrum appellamus, eò quod eundem nobis præſent vſum quem olim Ægyptiis præſtabat papyrus. ¶ Dicimus etiam Papyrus in neut. genere. Plin. Ibidem, Papyrus ergo naſcitur in paluſtribus Ægypti. A papyro cognomen Papyrij, παριμις, deductum eſt, à quo Papyriana tribus.

PAPYRACEUS, papyracea, papyraceum, παυρακος, Quod eſt materiarum ex papyro. Plinius libro 28. capite vndecimo. Optimè ellychnio papyraceo.

PAPYRIFER, papyrifera, papyrifera, παυρακος, ut Amnis papyriſer Nilus. Ouid. 15. Metam. Perque papyriſeri ſeptemſua flumina Nilus victrices egſſe rates. [Ouid. Eleg. 10. lib. 3. Triſt. Ipſe Papyriſero qui non Auguſtior amæ Iſter.]

PAR, paris. παρις niſchareb. iſos. GAL. Par, pareil, ſemblable. ITAL. Pare, ſimile, uguale. GERM. Gleich. HIS. P. Coſa ygual o iuſta. ANGL. Equal, alyke. ¶ Cum ſuis Compoſitis, Compar, Diſpar, Inpar, Separ, ſunt generis omnis, faciuntque ablatiuum in e, vel in i. Et licet par apud poetas producat, in obliquis tamen prima corripitur. Parem alicui eſſe, & alicuius rectè dicitur. Cicer. 3. de Orat. lambus par choreis, ſed ſpatio par, non ſyllabis. Idem de Clar. Orat. Si par in nobis, atque in illo ſcientia fuiſſet. Idem in Latio. In amicitia ſuperior par eſt inferiori. \*Par ac vel atque Cic. 3. de Natur. deor. Nèque mihi par ratio cum Lucio eſt ac tecum fuit. Idem 2. de Inuent. Scientia par in nobis atque in illo eſt. [Ouid. Eleg. 1. lib. 2. Triſt. Par fuit exigui ſimiliſque licentia Calui. Item 4. Faſtor. Et docuit iungi cum pare quemque ſua. (ſup. Venus) Potat & accumbit cum pare quiſque ſua. Ibidem lib. 3. Cum pare quæque ſuo eœunt volucresque feræque. Ibid. Amicitias & tibi iuge pares. Ouid. Eleg. 4. lib. 3. Triſt. Cum cecidit Conſul vterque pari. Ouid. Eleg. vli. lib. 4. Triſt. ¶ Par pari datum hoſtimentum eſt, opera pro pecunia. Plaut. in Aſin. ſc. 3. a. 1. ¶ Interdum Pares pro duobus accipiuntur: ut Paribus equis utebantur Romani in prælio, vt ſudante altero, tranſilirent in ſiccum. ¶ Interdum accipitur pro decenti, æquo, conuenienti, quod inter omnes æquabile eſt, iunct. Quintilian. lib. 5. cap. 11. Si propter matrimonia violata vrbes euerſæ ſunt, quid fieri adultero par eſt? ¶ Parem eſſe, ſignificat ſufficere alicui rei, ſiue reſiſtendo, ſiue exequendo. Cicero ad Attic. lib. 12. Sed adhuc pares non ſumus. Quintil. Declam. 5. Auſpicio par laboribus corpus. ¶ Paria facere, eſt quod omiſſum eſt, vel quod aliunde acceptum eſt, alibi vel aliunde compenſare.

Par, paris, ſubſtantiuum, Numerus duorum inter ſe æqualium. ¶ Par pari referre, eſt tale aliquid reddere quale accipimus. Torenium in Eunuch. Si laudabit hæc illius formam, tu huius contra: denique Par pari referro, quod eam mordeat. ¶ A Par, Plaut. in Curcul. ſc. 2. a. 4. formauit ſuo more ſuperlatiuum pariſſimus: Eodè (inquit) hercle vos pono & paro, pariſſimi eſtis viribus. (Mendolus hic locus eſt; Omnes docti ita legunt, Pariſſimi eſtis iibus (i. iſis lenonibus, de quibus præcedenti verſu mentio facta eſt.) Iibus autem pro iſis, & iibus pro his, dictum olim docent Prifianus lib. 13. Carifus lib. 1. & Nonius. Item Lamb. in hunc locum Plauti.) ¶ Par, impar, genus ludicrum, & æquebor. Sueton. de Auguſt. ſcripſit ad filiam. Miſi tibi denarios ducentos quinq; agiata, quot ſingulis conuiuis dederam, ſi vellent inter ſe poſt cenam vel talis, vel par impar ludere apud Zen. Horat. 2. Serm. Satyr. 3. Ludere par impar, equitare in arundine longa.

PAR, paris, ſubſtantiuum, Numerus duorum inter ſe æqualium. ¶ Par pari referre, eſt tale aliquid reddere quale accipimus. Torenium in Eunuch. Si laudabit hæc illius formam, tu huius contra: denique Par pari referro, quod eam mordeat. ¶ A Par, Plaut. in Curcul. ſc. 2. a. 4. formauit ſuo more ſuperlatiuum pariſſimus: Eodè (inquit) hercle vos pono & paro, pariſſimi eſtis viribus. (Mendolus hic locus eſt; Omnes docti ita legunt, Pariſſimi eſtis iibus (i. iſis lenonibus, de quibus præcedenti verſu mentio facta eſt.) Iibus autem pro iſis, & iibus pro his, dictum olim docent Prifianus lib. 13. Carifus lib. 1. & Nonius. Item Lamb. in hunc locum Plauti.) ¶ Par, impar, genus ludicrum, & æquebor. Sueton. de Auguſt. ſcripſit ad filiam. Miſi tibi denarios ducentos quinq; agiata, quot ſingulis conuiuis dederam, ſi vellent inter ſe poſt cenam vel talis, vel par impar ludere apud Zen. Horat. 2. Serm. Satyr. 3. Ludere par impar, equitare in arundine longa.

PARA, præpoſitio Græca, ſignificat Ad, apud, penes, abſque, diſ, re, præter, tam in præpoſitione, quàm in compoſitione.

PARA, auis, & parus, parula. Feſtus, & Paronem auem nominat.

PARARIUS apud Senecam dicitur qui inter duos ſtipulantes eſſet. ¶ Item pararium illud æs dicebatur, quod equi dabantur pro duobus equis, Græcè παραρις. Vide Suid. Vide infra PARARIVS.

PARIARE, pro paria facere, quod tum ſit quum expenſi rationes cum accepti rationibus quadrant, paræſque ſunt. ¶ Vſus eſt hoc verbo Plautian. l. 4. D. de manu. Hinc paratio, ſcriptura qua rationes quadrare cauetur. L. vli. de cond. indeb. & pariator, qui ita rationes reddidit, vt quadrarent. l. 3. de cond. & dem.

PATÁBASTIS, πατάβαστις, In Comædiis dicebatur quum chorus ad populum conuerſus, aliquid extra argumentum fabulæ loquebatur, Latine præuariacionem, ſiue tranſgreſſionem interpretari poſſumus, & πατάβαστις, quod eſt tranſgredi ſiue præuariari. Vnde & Parabæta, quos præuariatores Latini nominant.

PARABIA, parabæta, παράβια, Genus potionis ex milio & conyza. Gal. An. lect. l. 4. c. 26.

PARABILLIS, Vide PARO.

PARÁBOLA, παράβολα, GAL. Parabole, comparatione, ſimilitudine. GERM. Ein vergleichung / oder getleichnuß. HIS. P. Comparation, ſemejança. ANGL. A ſimilitudine, comparaiſon, prouerbe. ¶ Similitudo dicitur, quod ſignificat comparare: quafi rerum diſſimilium comparatio. Quintil. Parabola (quam Cicero Collationem vocat) longius res quæ comparantur reperere ſolet: vt, Tam fortiter apud Hipponem fecit Scipio, quàm vtiq; apud Vticam Cato. [Et Senec. epiſt. 60. Imagines & parabolæ in oratione.]

PARABOLANI, vt interpretatur Alciatus, Latine dici poſſunt glebæ aſcriptitij, quibus ſcilicet in omni vita ab agricultura recedere nõ licebat à Græca præpoſitione παρα & βολα, quaſi iuxta & glebam.

¶ Per tranſlationem etiam Parabolani dicuntur tenuis conditionis homines, famulitio xenodochiorum, vel eccleſiarum ita deputati, vt integrum iſis non ſit inde recedere. Horum meminit Juſtinian. C. de epiſc. & cler. l. Parabolani. Vide plura de hoc apud Cuium lib. 29. c. 11.

PARÁCENTESIS, παρακέντησις, Dicitur durior vulnerum curatio, quæ ſcilicet vulnus pangitur, hamuſque vel acus infigitur: ita dicta à pungendo, quod hoc curationis genus plurimum afferat doloris.

PARACHLAMYS, Veſtimenti genus, non modò militare, vt apud Plaut. in Perſ. ſed etiam puerile. Vlp. in l. veſtus. de Aur. & arg. leg. Alciat. de veſt. alb. in l. 1. l. 11.

PARÁCLÉTUS, τι, penultima producta. ¶ παρακλήτω. GAL. Defenſeur, aduocat. ITAL. Difenditore, auocato. GERM. Ein ermaner / zuſprecher. vnd auch ſurſprech: item, ein reſter. HIS. Defendedor, abogado. ANG. A patrone or aduocat. ¶ à verbo Græco παρακαλέω, quod rogo, & hortor ſignificat: item pro alio precando intercedo, vt aduocatus, & patronus. Apud recentiores etiam pro conſolatore inuenitur. Hinc Paraclerus, id eſt aduocatus, conſolator, patronus, fautor, adhortator, deprecator. Itaque pollicetur Chriſtus ſuis miſſurum ſeſe paraclerum Spiritum qui eos omnia ſit edocturus, ſiue illum adhortatorem, ſiue deprecatorem, hoc eſt aduocatum, ſiue conſolatorem velimus intelligere.

PARACLYTUS, per y, Infamis, aut malè audiens eſt Latinis. ¶ παρακλήτω. GAL. Infame. ITAL. Infame. GERM. Beſchreitet dir ein böß gethretes hatt / vteruſt. HIS. Coſa infame. ANG. That is euill ſpoken of that get bet an euill name. ¶ Nam in huiusmodi compoſitione, præter, vel demiautionem ſignificat: κλυτός, vt: d. inclytum, celebrem, glorioſum.

PARACOPE, pes, pen. corr. παρακοπή, idem quod delirium, vel mentis alienatio, & παρακοπή, quod eſt delirare.

PARÁDIAſTOLÉ, les, παραδίαſτολή, Figura eſt quam Latini Diſcrimina Tom. ij.



tionem appellant, quum duæ plures res quæ prima facie videntur eadem, separantur, adductis in medium iis quibus à se mutuo distant. Vide Rustilium Lupum, & Rufinianum.

Paradigma. {Παράδειγμα} G A L. Exemp. I T A L. Esempio. G E R M. Ein be. p. l. od. t. exempl. H I S P A N. Exemplo. A N G. Exemple or doct. or saying. } Exemplum facti vel dicti, alicuius, quale est illud apud Virg. 1. Æneid. Antenor potuit mediis elapsus Achiuis, Illyricos penetrare sinus. Fit autem tribus modis: à pari, à maiori ad minus: à minori ad maius. Quod est autem Paradigma, à verbo Græco παράδειγμα, quod est ostendit & manifestum facio. Exempla enim à notioribus sumpta, & suo loco adhibita, plurimum rei alicuius lucis addunt & perspicuitatis. Vide de hac figura plura apud Rustilium Lupum, & Rufinianum.

Paradiscæ poma, {Παράδεισος} Dicuntur à saturo, quod ferè in omnibus pomariis intercurat, odore, saporeque insignia.

Paradisus si, {Παράδεισος} Pomarium, id est hortus confusus, generis tam masculini quàm femini. Est & locus ferarum septus, siue vivarium, aut viridarium. Vox deslexa est, v: quidam volunt, à Chaldæo Pardes, quod hortum domesticum significat, siue pomarium. Est & nomen oppidi in Syria Cœle ad Libani orientale latus situm. Hinc lib. 5. cap. 23. Est item Paradisus Ciliciæ fluvius, apud eundem lib. 5. cap. 27. In sacris literis Paradisus accipitur pro amoenissimo horto in Oriente, à primis nostri generis autoribus habitato: de cuius situ varæ sunt opiniones, quas recenset Eugubinus, peculiari de hac re edito tractatu. Dicit Augustinus ad Orosium de Paradiso sic sentit. Paradisus (inquit) in Oriente situs est, interiecto Oceano, & à nostro orbe longè remotus, in altissimo loco constitutus, pertingens usque ad Lunarium circulum. Unde illuc aqua diluuij minimè peruenisse dicitur. Hic locus à primi hominis reatu interclusus est, nec ulli animalium datur in eum aditus.

Paradoxæ, orum, Latine admirabilia, inaudita & quæ sunt præter opinionem. {Παράδοξα} G A L. Chole [inopinée & merueilleuse,] qu'on n'a point costume d'ouyr, & contre la commune opinion. I T A. Cosa mirabile, non in uso, contra l'opinione di tutti. G E R M A N. Seltsam wunderbare ding so widet den gemeten wohn der teuten sind. H I S P A. Cosa admirable, fuera la opinion comun. A N G L. Things meruellous and wounder full that passeth the opinion of man } [Seneca Epist. 82. Paradoxa veritè inopinata.] Hinc Paradoxa Stoicorum, de quibus extat Ciceronis libellus. Paradoxon item schema est triplex, quod primum sensum suspendit, ac deinde subiicit aliquid contra expectationem auditoris. Unde etiam à Latinorum quibusdam Inopinatum vocatur. Vide Rufinianum in tractatu de figuris.

Paradrōmīs, idis, {Παράδρομος} Ambulatio sub dio, siue xystus. Virgilius lib. 6. c. 6. Xystos, Græca appellatione est porticus ampla latitudine, in qua athletæ per hyberna tempora exercentur: nostri autem hypæthras ambulationes Xystos appellant, quas Græci ἄστυν δρόμον dicunt.

Parænēsis, {Παρησιας} G A L. Admonition. I T A L. Ammonitione. G E R M. Ein vermanung, onderwiesung. H I S P. Amonstamiento. A N G. Admonishing. } Præceptio, admonitio, siue adhortatio, & propriè ea quæ contradictionem non recipit, teste Ammonio, propterea quod fiat iis de rebus quæ in controuersiam non cadunt, sed apud omnes in confesso sunt.

Parænēticus, a, um, {Παρησιακός} [hortatiuus, Quintil. præceptiuus. Seneca Epist. 90. à verbo ἄστυν, quod significat hortor,] præceptio, & admono. Unde oratio parænetica dicitur quæ ad virtutem capessendam auditoris, lectorisue animum extimulat.

P A R A L Y S I S, vrbs condita à Paralo Minois cognato. Steph.

P A R A E T O N I V M, {Παραίτων} Lybiæ Marmaricæ oppidum est, stadiis ferè noningentis distans à Catamathmo. Alio nomine Ammonide dicitur. Habet portum ingentem, xl. ferè stadiorum. Autor Strab. lib. 17.

Parætonius, a, um, adiectiuum, Lucanus lib. 3. Vsq; Parætonias Eoa ad littora Syrtis. Silius item lib. 3. Pærque Parætoniæ celebratum littora Syrtis. Ab huius oppidi nomine etiam Parætonium appellatum est coloris quoddam natui genus quod circa hanc vrbe in littore solet inueniri, ex spuma maris, vt creditur, cum limo solidata: vnde & minutæ conchulæ plerumque in eo inueniuntur. Autor Plin. lib. 33. cap. 6.

Paragaudes, vel Paragauda, teste Alciato, Genus vestimenti virilis, vt plurimum linei, quod sub alia veste gerebatur, victum nunc vnicò nexu, nunc pluribus locis. Vopiscus in Aureliano, Paragaudas vestes ipse primus militibus dedit, quum antea non nisi redtæ purpureæ accepissent: & quidem aliis monolores, aliis dilores, trilo res aliis, & vsque ad pentelores, quales hodie lineæ sunt.

Paragoge, {Παράγωγη} Figura qua litera vel syllaba fini iungitur: vt Dicitur, pro dici Latine à nonnullis appellatur Adductio.

Paragogia, Ipsam aquarum pori & meatus: dicta ἄστυν, quod deducere est. Hinc ἄστυν, dicta Helio Donato, & cæteris. Nam & ἄστυν, aquæ ductus est. Alciatus in l. decernimus. C. Aquæ duct. lib. 11.

Paragrāphē, {Παράγραφη} Latine præscriptio, exceptio, effugium litis, compolitio. Est & tropus apud poetas, quum præcedenti abfoluto, ad alia se transiit: vt apud Virgilium 2 Georg. Hæc tenus aruorum cultus, & sidera cæli. Nunc te Bacche canam. Annotatiōnes item, siue scholia succincta, ad marginem adscripta, paragrāphæ appellantur: ἄστυν, quod inter cætera significat ad marginem annotare. Hinc etiam Iuriscōsultorum interpunctiōnes quibus legum capita in plura segmenta diuidunt, paragrāphæ, siue etiam paragrāphi dicuntur.

Paragrāphūs, {Παράγραφος} Vox est Iuriscōsultis vsitatissima, quæ eam tali nota s. scribunt. Dicitur autem paragrāphus propriè, quem admodum Martianus Cassianus antiquus Paudectarum interpres tra-

dit, quicquid sub vna sententia clauditur. Pro eodem etiam dicitur paragraphe.

Paralleli, {Παράλληλοι} penultima producta. Dicuntur segmenta sphaeræ ab Ortu in Occasum ducta, alterum ex Polis habentia pro centro, omni que ex parte à se inuicem æqualiter distantia. Plin. lib. 6. c. 33. Plura sunt autem hæc segmenta mundi quæ nostri Circulos appellauerunt, Græci parallelos. Ratio nominis hæc est, quod ἄστυν, apud Græcos, inuicem comparatus, vel æqualiter distans. Vnde paralleli, circuli dicuntur æqualiter distantes: & lineæ parallelæ, quæ æqualibus spatiis ab inuicem dirimuntur.

Paralipōmēnon, {Παραλιπόμενον} Derelictum, ommissum, prætermisum, à verbo παράλιπον, quod est prætermitto. Hinc Qu. Calaber poeta Græcus, opus quod ex equitur quæ ab Homero sunt prætermissa, ὁμηροῦ παραλιπόμενα, inscripsit. In sacris quoque libris eadem ratione Libri παραλιπόμενα dicuntur, quibus ea quæ in libris Regum aut prætermilla erant, aut leuiter degustata, comprehenduntur.

Paraliūs, {Παράλιος} Tertia species est tithymali, ita dicta quod loca maritima amet. Eadem & tithymalis dicitur. Plinius libro 26. capite 8. Tertium genus tithymali paralius vocatur, siue tithymalis, folio rotundo, caule palmum alto, ramis rubentibus, semine albo.

Paralogismūs, {Παράλογισμός} Deceptio per falsas ratiocinationes, cōcussio fallax, & captiosa argumentatio. A verbo Græco παράλογος, quod inter cætera significat captioso genere argumentationis vtor.

Paralōs, {Παράλος} Apud Athenienses nauis genus erat, qua Theori ad rem diuinam faciendam, Delphos mittebantur, etumq; in vsum solùm publicè destinata. Illi quoque qui in hæc naui vehebantur, Parali dicebantur. Paralorum quoque nomine Plutarchus intelligit vnā e tribus factionibus Atheniensium quæ Solonis tempore vigeant. Fuit etiam Paralus nomen proprium eius cui Hegesias primam longæ nauis inuentionem tribuit, referente Plin. libro 7. capite 56.

Paralysis, {Παράλυσις} G A L. Paralytic. I T A L. Paralysis. G E R M. Der schlag durch welchen nur der halbe theil des tibles trocken vnd vntersündlich gemacht vtr. H I S P A. Perleisa. A N G. The palsey, a depriving of feeling and moving in any part of the bodie. } Resolutio nervorum, quæ alio nomine à Græcis dicitur hemiplexia, hoc est semii apoplexia, quum in alteram tantum corporis partem malum id incubuit. Nam quum totum afficitur, apoplexia nominatur. Gignitur ab humore frigido & crasso, nervus plus æquo humectante & laxante, sensumque pariter & motum alteri ferè lateri eripiente.

Paralyticus, Qui hoc morbi genere laborat. {Παράλυτικός} G A L. Paralyticus. I T A L. Paralytico. G E R M. Einer dem das gut oder der schlag getroffen hat: párti sich. H I S P A N. Enfermo de perleisa. A N G. He that hath the palsey. } Plinius libro 20. cap. 9. Ideo paralyticis & eremulis dare iubet. Tert. in Apol. de Christo, Quum ille verbo demonia excuteret, leprosos mundaret, paralyticos restringeret, mortuos denique verbo redderet vitæ. Restringere paralyticos, propriè dixit pro sanare, quum paralysis nihil aliud sit, quàm veruorum dissolutio, quæ alter sanari non potest nisi nerui illi dissoluti, & iusto laxiores restringantur.

Parāntēs, {Παραντῆς} Gemma est ex amethystorum genere, quæ in Arabiæ continendo inuenitur, alio nomine lapinos dicta. Autor Plin. l. 37. c. 9.

Parānymphūs, phi, {Παρανύμφη} ab Hieronymo dicitur pronubus, ab antiquis aufpex. Antiqui enim pro nuptiis celebrandis aufpexum capere solebant. Qui præerat huic rei nomine viri, à Græcis παρανύμφη, à nostris aufpex dicebatur. Ei vt aufpex aderat viro, sic & pronuba mulieri adhibebatur. Itaque quum apud Christianos aufpexia minimè caperetur, adhibentur sacerdoti quæ & pronubi à nobis dicuntur. August. libro 14. de Ciuit. Nonne omnes famulos atque ipsos etiam paranympnos, & quoscuque ingredi quælibet necessitudo permiserat, ante mittit foras, quàm vel blandiri conuinx contingi incipiat?

Paraphērnā, {Παράφηρνα} nedheb דנין nedhanim. {Παράφηρνα} A N G. Things that is geuen bysde promise or not promised with the dowrie. } Dicitur ea quæ præter dotem sponso dantur, à παρά, præter, & φέρν dos, quasi diceret præterdotalia. Hæc & paraphernalia dicuntur. Vlpianus de Iure Dot. l. si ego: Ceterum si res dentur in ea quæ Græci παραφύρνα dicunt, quæque Galli peculium vocant, videamus, an statim fiant mariti.

Parāphrāsīs, sis, {Παράφρασις} penultima correpta. Est eiusdem sententiæ per alium sermonem explicatio, & liberior interpretatio, quæ quædam mutantes, aut etiam addentes, copiosius ac dilucidius explicamus quod ab aliis dictum est: cuiusmodi est Themistij in Aristotelem. Ea finitur à Græcis hoc modo, vt sit quæ narrationi proportionè respondeat. De hac Quint. in l. 10. c. 5. Neque ego paraphrasim esse interpretationem tantum volo, sed circa eisdem sensus certamen, atque æmulationem.

Paraphrastes, {Παράφραστής} Dicitur interpres latiùs explicans, qui non verbum è verbo, sed sensum è sensu transfert.

P A R A P O T A M I A, {Παραποταμία} Regio Asiæ, Tigri fluuio proxima: vnde & nomen accepit. Vide Plin. l. 6. c. 28.

Pararius, Qui stipulationibus, contractibus, nominibusque faciendis interuenit: quem & Græco vocabulo vocamus Proxenetam. {Παραρητικός} G A L. Couratier, qui fait prester argent. I T A L. Chi interueno ad imprestar denari, corrattiere. G E R M. Ein vnderstütter. H I S P A N. El corredor de la mercaderia. A N G L. A broker. } Seneca libro tertio de Benefic. Quidam volunt nomina secum fieri, nec interponi pararios, nec siguatores aduocari, nec chirographum dare. Pararium æa appellabatur quod equitibus duplex pro binis equis dabatur. Festus.

Pararthēsis, pen. pro. {Παράρθησις} Idem quod luxatio, quæ sit quum os aliquod



as aliquod sede sua non nihil fuerit dimotum.

Parasāngæ, ἰσχυροί γαί, Apud Persas, autore Festo, viarum mensuræ sunt, quas Budæus Herodoti testimonio probat fuisse triginta stadiorum. Verba Herodoti sunt hæc, Latine reddita, quotquot enim inopes soli sunt, ij terram suam orgyis metiuntur: qui, verò minus inopes soli sunt, stadiis: qui autem latifundia habent, parasangis metiuntur. Constant autem parasanga triginta stadiis: schœnus autem (quod ipsum verbum est Ægyptiacum) sexaginta.

Parascēne, es, Præparatio. { παρασκευασθαι. GAL. Appareil, apprest. ITAL. Apparato, preparazione. GERM. Ein vorberetung/zurustung. HIS P. Apparejo. AN. A preparation or preparing, good frid ay. } Nam à παρασκευασθαι, quod est præparare, deducitur. Vnde & dies quo Dominus noster IESVS CHRISTVS pro humani generis salute cruci affixus fuit, Parascœne, παρασκευασθαι, dicitur, quoniam eo die Iudæi sibi necessaria præparabant, vt Paschæ dies absque operatione aliqua transigeretur.

**Pauimentum**, ti, Domus stratum, solum, aut lateribus, aut lapidibus, quod gradiendo calcamus. { *פחדא רבא.* GAL. Le paué d'vne place, parterre, paué. I T A L. *Pauimento, battuto, terra.* GER M. *Ein erstich/ reit besetzte bune.* H I S P A. *Suelo de casa.* A N G. *A pavement, à floore, a place paved.* } à pauiendo, hoc est tundendo, siue feriendo dictum, quod dum sunt pauimenta, pluribus simul diebus feruntur, id est, percutiuntur, tunduntur fistulis, seu marculis, vt solidiora sint, nec rimas faciant, *Iuuenal. Satyra 14.* Verre pauimentum, & nitidas ostende columnas. [*Iustigne pauimentum. Sueton. in Augusto cap. 72.*] *Cato cap. 18. de Re rustic.* Pauimenta ad hunc modum facito, De testa arida pauimentum struito: vbi stratum est, pauito, siccatō que, oleo que perungitō: vt pauimentum bonum fiet. ¶ Multa autem pauimentorum genera fuerunt apud veteres. Erant lithostrota parvulis coagmentata crustis. Erant subdialia à Græcis inuenta, quæ sub dio erant, & in aperto, pluuiis & tempestatibus exposita. Erant & asarota de quibus *Papin. in Syluis*, Suberantque nouis asarota figuris. Dicta autem sunt asarota, ab a priuatiuo, & verbo *scopis*, siue *scopis*, hoc est purgo, vel verso, siue quod scopis non verterentur, sed collectis manu analactis (ita vocant cœnarum reliquias) ipsa spongia mundarentur. (siue, ut auctor est *Plinius lib. 35. cap. 25.*) quod in hoc pauimentorum genere tam artificiosè minutis quibusdam testulis expressæ erant cœnarum reliquix, quæ scopis tolent euerti, vt semper viderentur non esse purgata, eaque quæ in pauimento depicta erant, vera viderentur analacta. *Vide Asarotum.* ¶ Fuerunt & pauimenta Barbarica, subtegulanea, sculpturata, & Græcanica. *Vide Plin. lib. 36. cap. 25.* Pauimenta Pœnica, inquit *Festus*, marmore Numidico strata significat. *Cato in oratione* quam habuit, Ne quis Consul bis fieret. Dicere possum, inquit, quibus villæ atque ades edificata, atque excolita maximo opere, citro atque ebore, atque pauimentis Pœnicis stent.  
**Pauimento**, as, Pauimentum facio, seu pauimentum sterno. { *פחדא רבא.* GAL. Pauer, dresser le parterre. I T A. *Far pauimento.* GER. *Ein erstich/ reit besetzte oder gepflasterte bune machen.* H I S. *Hechar, d' bazer/ sueto.* A N G L. *To pauē.* } Vnde Pauimenta loca dicuntur in quibus strata sunt pauimenta. *Cic. pro domo sua,* In palatio, pulcherrimo prospectu porticum cum conclauibus pauimentatam, trecentum pedum concupiuerat. *Plin. li. 27. c. 4.* Ergo pauimentandum vbi lata sit, cenlent, vt lacryma non absorbeatur.  
**Pauio**, pauis, ui, itum. Verbum antiquum, Ferio, percutio, tundo. { *פחדא רבא.* GAL. Pauer, battre la terre pour l'affermir, dresser le parterre. I T A. *Percutere, d' baster la terra per fermarla.* GER M A. *Schlagen.* H I S. *Herir, pisonar con pisones.* A N G. *To pauē.* } Sumptum est à Græcis, quibus *μαίνω* est percutere. *Cic. 2. de Diuin.* Sed quia quum pascuntur necesse est aliquid ex ore cadere, & terram pauire, terripauum primò, post terripodium dictum est, hoc quidem nunc terripodium dicitur. *Cato cap. 18.* Ibi de testa arida pauimentum struito: vbi stratum est, pauito, fricatō que, oleo perungito, vti pauimentum bonum fiet. *Columell. lib. 1. cap. 6.* Sed vtrunque more piscinarum deuexum leni eliuo & extructum, pauitumque solum habeat, ne humorem transmittant. ¶ Hinc sunt composita, Depuuiō, hoc est, percutio, a, in u mutato. *Lucil. apud Festum.* Palmisq; misellam depuui me. Eiusdem significationis est Oppuuiō, vnde oppuuiā dicuntur verbera. *Afranus.* Oppuuius pueri coercentur.  
**Pauilatim**, Paulisper, Paulum, Paululum. *Vide PARVM.*  
**Pauulus**, li, *παυλος.* Latine modicus, Græcè quietus. Nam *παυλα* quies dicitur. Hoc nomine dictus L. *Emilius*, qui in prælio Cannensi pro patria occubuit. ¶ Et qui multo fortunator patre victu Persea Macedonum regem in triumphum venit. ¶ Est & Paulus, a, um, adiectiuum à Paruo, quo rarissime vsi sunt auctores, nisi in Ablatiuo. *Plaut. in Bucch.* Pacifici cum illo paula pecunia potes. *Terent. in Andr.* Dum in dubio est animus, paulo momento huc illic impellitur. *Idem in Adelph.* scilicet. Ita eos meo labore eductos maximo, hic fecit suos Paulo sumptu.  
**Pauo**, onis, & Pauus, ui, Auis nota, vario pennarum fulgore conspicua, quam Poëtæ Iunonis tutelæ assignarunt. { *פחדא רבא.* GAL. Vn paou. I T A L. *Pauone.* GER M. *Ein pfau.* H I S P. *El paou.* A N G. *A peacock.* } *Gell. lib. 7. cap. 16.* Pauus è Samo præstantior est. Tradunt hanc auem esse non gloriosam solum, sed & maleuolam. Laudata expandit colores aduerso maxime sole. Fimum suum reforbet, inuidens hominum vilisati. Caro eius diutissime incorrupta seruat. Vnde etiam in ventriculo ægerrimè concoqui putatur. Ad quod & *Iuuenalis* videtur alluisse *Satyr. 1.* Et erudum pauonem in balnea portas. De auis huius natura vide plura apud *Plin. lib. 10. cap. 20.*  
**Paua**, eius scemininum est, quo vsus est *Ausonius* *Sectione 1.* *Ecce tuncam* (inquit) in speciem fæ vertis masculus ales. Pauaque de pauo constitit ante oculos. A N G L. *A peaben.* } *Columella* tamen vtrun-



que sexum Pavonem appellat: sed cum distinctione horum nominum masculus & femina. Vtriusque exemplum habes lib. 8. ca. 11. Masculus (inquit) pauo gallinaceam salacitatem habet, atque ideo quinque feminas desiderat. Et paulo post, Nam feminæ pavones quæ non inobstant, ter anno ferè partus edunt.

**Pauoninus**, a, um, Quod ex pavone est. { פֹּאוֹנִינִי G. GAL. Depaon. ITAL. Di pavone. GERM. Pfauwln/von einem pfawen. HIS P. Cosa de pavon. ANG. Of a peacock. } vt, Pavoninum ovum, apud Col. lib. 3. cap. 5. & Muscarium pavoninum, ex pavonum caudis confectum apud Martialem in Distichis. \* Pavonius, pro eodem legitur apud Varr. 2. de Re rust. cap. 9. Verùm castigatiora exemplaria legunt pavoninus. \* Pavonaccus, legitur etiam apud Plin. lib. 36. cap. 22. Pavonacea tegendi genera. Quo in loco doctores legunt pavimentata tegendi genera, hoc est pavimentorum more constructa, cuiusmodi permulta hodie videmus. Pavonius lectus Martial. e. pig. 85. lib. 14.

**PAUOR**, Vide Pauco.

**PAUPER**, huius pauperis, g. c. vel vt nonnullis placet, omnis, habet enim neutrum genus præcipuè in obliquis: vt apud Stat. lib. 1. Theb. Lis est de paupere regno. { עֲבִיּוֹן עֲבִיּוֹן עֲבִיּוֹן rasch. מִינֵס, מִינֵס. G. A. L. Pour. ITAL. Povero. GERM. Arm. HIS P. Pobre. ANG. A peore. } Dicitur autem pauper (vt Varro putavit) à parua pecunia, siue vt alij malunt, à paruo lare. Cicer. in Parad. M. Manilius pauper fuit, habuit enim ædículas in Carinis, & fundum in Labicano. Ibidem. Non modò non copiosi ac diuites, sed etiam inopes ac pauperes existimandi sunt. Horat. 1. Serm. Sat. 1. neque se maiori pauperiorum Turbæ comparat. Ouid. 1. Fast. In pretio pretium nunc est, dat census honores, Censu amicitias: pauper vbi que iacet. [Ouid. lib. 3. Fast. Pauper, sed multæ sedulitatis anus. Pauperis ambitiosi supellex. Quint. Pauper natus in armis. Tibul. lib. 4. Cum opulento pauper caput habere negotium. Plaut. Aul. sc. 4. a. 3. Si pauper est, atque haud malus, nequam habetur. Plaut. Men. sc. 2. a. 4. Pauper sum, fateor, patior, quod dii dant, sero. Plaut. Aul. sc. 1. a. 1. Non est verisimile hominem pauperem paucillum parui facere quin numum petat. Ibid. sc. 2. a. 1. Non temerarium est, vbi blaudè diues appellat pauperem. Ibidem sc. 4. a. 1. Hinc comparatius pauperior. Plaut. Aul. sc. 5. a. 3. Opulentiores pauperiorum filias vxores ducere debent. Et superlat. Pauperrimus, de quo seq. dictione. Item metaphoricè, Miser & pauper orator. Quint. Er. Ieiuniam & pauperem eloquentiam. Idem. Quint. } Pauper cum genitiuo. Horat. 2. Ser. Sat. 3. Pauper Opimius argenti positi intus, & auri.

**PAUPERRIMUS**, superlatium. Horat. 2. Serm. Sat. 1. Horum semper ego optarim pauperrimus esse bonorum. Plin. 1. 24. c. 1. Quom remedia vera quotidie pauperrimus quisque cœnet. [Plaut. Aul. sc. 4. a. 1. Te esse diuitem & me hominem pauperum pauperrimum.]

**PAUPERA**, Apud antiquos etiam dicebatur in feminino genere. Plaut. Paupera hæc res est.

**PAUPERCULUS**, & Paupercula diminutiuæ. { פֹּאוֹרְכֻלִים, דִּלְיוֹרֵי פִּינְיָה. GAL. Pour. IT. A. Poveretto. GERM. 3. Stmstg arm. HIS P. Pequeno pobre. AN G. A little poore bodie. } Terentius in Heaut. Est è Corintho hic aduena anus paupercula. Varro lib. 1. de Re rust. cap. 17. Vt plerique pauperculi cum sua progenie. [Plaut. Aul. sc. 3. a. 1. Nouistin hunc fenem è proximo pauperculum.]

**PAUPERĀS**, tatis, Penuria, egestas, tenuitas. { פִּינְיָה resch. מַחְסֹר machsor. מִיָּא. G. A. L. Pourté. ITAL. Poveria. GERM. Armut. HIS P. Pobreza. ANGL. Poverie. } Varro lib. 4. de ling. Lat. Pecunia quæ erat parua, ab ea paupertas dicta est. Plaut. Persa, Nam vbi ad paupertatem accessit infamia, grauior paupertas fit. Cicer. 3. Tusc. Vt de paupertate non nunquam, cuius onus disputando leuimus docentes quàm parua, & quàm pauca sunt quæ natura desideret. Iuuenal. Satyr. 3. Nil habet infelix paupertas durius in se, Quàm quodd ridiculos homines facit. Plaut. Aul. sc. 4. a. 1. Neque eo est alter quisquam ex paupertate parior. Lilius lib. 34. Pessimus est pudor parsimonie vel paupertatis. Et neque diuitiis, neque paupertate notanda est (domus sup.) Ouid. Eleg. 1. lib. 2. Trist. } Paupertas autem (Seneca autore Epist. 88.) est parui possessio. } Paupertatem quidam ab egestate ita distinguunt, vt egestas sit quando ad victum necessaria defunt: paupertas, quando licet non sint opes, tamen necessaria suppetunt. Cic. in Parado. Ita que istam paupertatem, vel potius egestatem, ac mendicitatem tuam nunquam obscure tulisti.

**PAUPERIES**, huius pauperie, Paupertas. { פִּינְיָה resch. מַחְסֹר machsor. מִיָּא. G. A. L. Pourté. ITAL. Poveria. GERM. Armut. HIS P. Pobreza. ANGL. Poverie. } Horat. lib. 1. Epist. Impiger exuemos currit mercator ad Indos, Per mare pauperiem fugiens, per saxa, per ignes. Virg. 6. Æneid. . quam vellent æthere in alto Nunc & pauperiem, & duros perferre labores. Horat. 3. Carmin. Ode 24. Magnum pauperies opprobrium, iubet Quiduis & facere, & pati, Virtutisque viam deserit arduæ. [Plaut. Aul. sc. 4. a. 1. Meam pauperiem conqueror. Idem Ibidem sc. 6. a. 4. Hic dies mihi famem & pauperiem obtulit. } Pauperies item apud Iureconsultos damnum est à quadrupede datum: quòd si ab homine illatum esset, iniuria diceretur. l. 3. D. si quadrup. pauper. sc. 1. dic.

**PAUPERTINUS**, pen. prod. Pauper. { פִּינְיָה rasch. מִינְיָה. GAL. Faire pour. IT. A. Impoverire. GERM. Arm machen/zu armen bringen. HIS P. Empobrescer à oiro. ANGL. To make poore. } Plaut. in Milite, Quæ improba est pro mercis vitio dominum pretio pauperat. Idem in Pseudolo sc. 7. a. 4. ex persona lenonis, Boni

virum me pauperant, improbi alunt. Horat. 2. Serm. Satyr. 5. Eripiet quiuis oculos citius mihi, quàm te Contemptum cassâ nuce pauperet. Hinc Depaupero. Varr. Priusquam domum depauperaret sumptu suo.

**PAUPERATUS**, pauperior effectus. Iulius Firmicus Matheseos lib. 1. de Luna: Quando pauperata luminibus iacturam propria maiestatis agnoscat.

**PAUSA**, sæ, Requies, intermissio, atque otium à re aliqua. { מְנוּחָהּ נְחָהּ: פִּינְיָה נְחָהּ. G. A. L. Pause, repos qu'on prend en faisant quelque chose. ITAL. & HIS P. Pausa. GERM. Ein ruff/ ein vnderelbung/ stillhaltung. AN G. Rest, intermission, cessation. } Lucil. lib. 1. Satyr. Hæc vbi dicta dedit, pausam facit ore loquendi. Plaut. in Rud. Aliquando osculando melius est vxor paulam fieri. Lucret. lib. 2. Nec dare paulam Conciliis, & diffidiis exercita crebris. Deducitur à verbo Græco παύσις, quod est cesso: vnde & παύσις eiusdem significationis cum Latino pausa.

**PAUSARIUS**, A Seneca [Epist. 57.] vocatur qui remigibus modos dat, & remigandi officium quadam quasi pausa moderatur. καλῶς ἴσ.

**PAULO**, sas, Quiesco. { נָשָׁא נָשָׁא נָשָׁא nach. שְׁכָאֵי. פִּינְיָה. G. A. L. Pausar, se reposar. ITAL. Pausare, ripausare. GERM. Situen/stillhalten. HIS P. Descansar, reposar. ANGL. To rest, to cease from doing any thing. } Plaut. in Trin. Pausa, vicisti castigatorem tuum.

**PAUSANIAS**, παυσανίας. Cleombroti filius Lacedæmonius imperator, qui vnâ cum Aristide Atheniensî vicit Mardonium Medum Xerxis regis generum apud Plataeas, cum ducentis peditem millibus electis, & viginti equitum millibus, haud ita magna manu. Et quum multum incrementi Lacedæmonis adieceret, in mores Asiaticos labi sensum cepit. Deinde eousque amenitæ dicitur tandè progressus, vt cum Xerxe pacificeretur, se illi imperium Lacedæmoniorum proditurum esse, ù filiam sibi in matrimonium dedisset. Quo nomine in iudicium vocatus, in templum Minervæ confugit, vbi interfectus est, cadauèrque eius in barathrum abiectum. Autor Thucydides lib. 2. [De eo Plutar. in Themist.] } Fuit & Pausanias nomen auctoris Græci scriptoris, qui floruit Hadriani & Antonini temporibus. Scripsit Chronica Laconica, de Amphictyonibus, & Lacedæmoniorum fertis. Autor Suidas. } Alius præterea fuit Pausanias Macedo adolescens, qui cum primis pubertatis annis stuprum ab Attalo per vim esset passus, & quod deterius est, omnibus etiam conuiuis veluti scortum ad stuprum oblatus, de tanta iniuria ad Philippum Macedonum regem querelam detulit, illatque probri vltionem postulat: verùm quom se etiam à rege irrideri videret, iram in eum conuertit, vltionemque quam ab inimico non potuerat, ab iniquo iudice exegit. Autor Diodorus Siculus. } Pausanias Cæsariensis, Grammaticus æqualis Aristidi, scripsit de constructione librum vnum, Problematum item vnum, quem inter malos Rhetores recenset Philostratus in Vitis Sophistarum. Autor Suidas.

**PAUSIA**, Genus oliuæ, à pauiendo, quòd non nisi pauiendo, id est tundendo oleum emittat: seu quòd ante quàm molæ subiiciatur, tundatur. Virg. 2. Georg. Et amara pausia bacca. Apud Colum. 1. 12. c. 48. nisi corrupta sint exemplaria, legitur pausca per secundam vocalem in penultima syllaba.

**PAUSIAS**, παυσιας. Nomen pictoris Sicyonij. Plinius lib. 15. Inter pictores (inquit) Pamphilus docuisse traditur Pausiam Sicyonium, primum in hoc genere nobilem. Inter omnia huius opera præcipuè admirationi fuit tabula quædam, qua Glyceram municipem suam à se amatam, sedentem prinxit, & coronas ex floribus nectentem: quod opus ex argumeto Stephanoplocon appellauit.

**PAUSIACUS**, a, um, adiect. Horat. 2. Ser. Sat. 7. Vel cum Pausiaca torpes insane tabella, hoc est tabula à Pausia depicta.

**PAUSILYPUM**, παυσίλυπον. Villa est Campaniæ, ab amenitate dicta, κατὰ τὴν παυσίαν τῆς ἐλευθερίας, hoc est à curæ mærorisque cessatione. Plin. lib. 9. cap. 33. Pausilypum, villa est Campaniæ, haud procul Neapoli. Idem lib. 3. cap. 6. Inter Pausilypum & Neapolim Megaris.

**PAUSILYPUS**, παυσίλυπος. Posulum erat in conuiuiis tertium, Ioui feruatori dicatum: ita dictum, quòd curas abigeret. Quinetiam Iouem ipsum Sophocles Pausilypum cognominat.

**PAUSO**, Pausas, Vide Paula.

**PAUXILLUS**, Vide Paucus.

**PAX**, huius pacis. A pacitione dicitur: quod nomen etiam pluraliter declinatum legitur. { שְׁלוֹמִים שְׁלוֹמִים. G. A. L. La paix. ITAL. Pace. GERM. Fried. HIS P. Lapaç. ANGL. Peace. } Plaut. in Persa. Hostibus victis, ciuibus saluis, re placida, pacibus perfectis. Horatius lib. 2. Epist. Hoc paces habuere bonæ, ventique secundi. Varro, animaduertendum primum quibus de causis, & quemadmodum conuenerunt paces: secundum, qua fide & iustitia eas coluerunt. Est autem pax propriè publica tranquillitas, otium. Cic. de Senectute, Quom sententia Senatus inclinaret ad pacem, & scædus faciendum cum Pyrrho. Pax (inquit Cicerone 2. Philip.) est tranquilla libertas. } Aliquando etiam accipitur pro venia. Virg. 3. Æneid. Sed votis præcibusque iubent exposcere pacem. } Nonnunquam etiam pro propiciatione. Idem 4. Æneid. - pacemque per aras Exposcunt. [Pax, à verbo pago, is: paco, as: pacio, is, vnde pacifcor. Etiam quod pangere, statuere, & formare est, vnde Pagina, An à Græco & Comico aduerbio Pax, quò silentium turbarum significatur. Scaliger in Aufonium Pacem deum exorare. Lilius lib. 6. ab Vr. Vt Iouis supremi, multis hostiis pacem expetam. Plaut. in Amphitruo. sc. 1. a. 5. Pacem ab Æsculapio petas. Plaut. Curc. sc. 2. a. 2. Pax æterna cum excepit. (de mortuo) Senec. cap. 19. de Consol. ad Mart. A casibus nulli longa pax, vix Inducæ. Senec. cap. 16. de Consol. ad Mart. Item, Obsecro vt per pacem liceat re alloqui, vt ne vapulem M I nunc Inducæ parum] er fiant. S. Non loquar nisi pace facta, quoniam plus vales. Plaut.







**Pectunculi**, *πῆλκῆ*, pisces sunt qui se ex aqua iaculantur sagittæ modo, quemadmodum Ioligo facere dicitur. *Horatius 2. Serm. Satyr. 4.* Pectinibus patulis iactat se molle Tarentum. Pectines item à *Plinio* in arboribus dicuntur rectæ per longitudinem pectinum modo lineæ & intervalla, quæ Græcè *πῆλκῆ*, & *διὰ πῆλκῆ* appellantur, hoc est discorsus ille venarum rectus in longitudinem porrectus: cuiusmodi in pectine conspiciuntur dentes. In quibus autem hic meatum ductus aliquo modo variat: neque rectus in longitudinem porrigitur: non solet eos *Plinius* absolute pectines appellare, sed aliquid adicere, quo varietas illa explicetur, obliquos, crispas, nodosive pectines appellans. Pecten Veneris, herba est à pectinis similitudine dicta: cuius radix cum malua tusa, omnia tela corpori infixæ extrahit. *Autor Plinius libro 24. capite 19.*

**Pectino**, as, penult. corr. Ferreo instrumento quod pectinem vocant, spicas lego, vel segetem meto. *κπιζα, πῆλκῆ*. GALL. Peigner. ITAL. *Pettinare*. GERM. *Denn jung harsen gewaschnen saamen eeten*. HISP. *Peinar*. ANGL. *To kembe or carde*. *Plin. lib. 18. c. 21.* Sunt genera terræ, quorum ubertas pectinari segetem in herba cogat.

**Pectinatus**, a, um, Quod pectinis instar factum est. *ἑκπυκνῆς*. GAL. Peigné. ITAL. *Pettinato*. GERM. *Das gemacht ist wie zwen strät in einanderem gestet*. HISP. *Peinado*. ANGL. *Kembed, carded*. Inde pectinatum rectum dicitur, teste *Festo*, quod in duas partes deuexum est: quemadmodum testudinatum quod in quatuor.

**Pectinatus**, a, um, adiect. idem quod pexus. *Cornut. in Persio*. Pectinatim, aduerb. Significat ad pectinis similitudinem factum, & quasi denticulatim. *ἑκπυκνῆς*. GALL. A denteleure. ITAL. *A guisa de pectine*. GERM. *In strät wie/ das strät wie in strät so mit den zänen in einanderem gestet sind*. HISP. *Enclaujando los dados*. ANGL. *Lik a combe*. *Plin. lib. 9. cap. 33.* Cuniculatim, pectinatim, imbricatim vndata. Sic dicimus manus pectinatim iunctas, quum vtriusque manus digiti inter se compliciti, pectinis figuram videntur referre, eminentibus vtrinque digitis veluti pectinis dentibus. *Idem libr. 8. cap. 25.* Pectinatim stipante se dentium serie.

**Pectus**, is, pexui, vel pexi, pexum, Explico & pando capillum. *ἑκπυκνῆς*. GALL. Peigner. ITAL. *Pettinare*. GERM. *Strät*. HISP. *Peinar, desenhetrar*. ANGL. *To kembe or carde*. *Cicer. 2. in Catil.* Quos pexo capillo nitidos aut imberbes aut bene barbatos videris. *Ouid. 1. de Arte*. Hanc matucinos pectens ancilla capillos incitet. *Horat. 2. Carm. Ode 15.* Nequitinam Veneris præsidio ferrox Pectes Cæsariem. *[Plaut. Capt. sc. 1. a. 4. Fusti pectito. (mc.)]*

**Pumenta** quoque, aliæque animalia pecti dicuntur, quum sordes eorum & pili decidui, strigili distringuntur. *Virg. 7. Æneid. de ceruo*, Pectebatque ferum, puroque in fonte lauabat. Transfertur etiam ad alia: nam & pectere citibaram dicimus, hoc est percutere: & distendere pectine chordas, id est plectro chordas mouere. Item Pectere lanam & vestes dicimus, à quo & vestes ipsæ pexæ dicuntur, hoc est, quæ in superficie quasdam veluti lanofas exuberantias præ se ferunt, quales vestes sunt quas *Cottonnata* & *Frisatas* vulgus vocat. *Plin. lib. 8. cap. 48.* Istrix Liburniæque pilo propior quam lanæ, pexis aliena vestibus. *Idem libr. 9.* Et ipsa stuppa pectitur ferreis hamis, donec omnis membrana decorticetur. Pexa folia, hoc est crassa & in medio exuberantias quasdam habentia in modum panni pexi. *Col. lib. 11. cap. 3.* At Capadocæ quæ pallido & pexo densoque folio viret mense Februario. Pexa munera pro togis pexis apud *Martialem lib. 7.* Diuitibus poteris Musas elegoque sonantes Mittere: pauperibus munera pexa dato. Huius verbi composita sunt Depecto, Propecto, in longum pecto. *Ouid. 1. Fast.* Ille manu mutcens propeexam ad pectora barbam. Repecto, rursus pecto. *Claud. Sparge diem meliori coma, crinemque repxi.* Blandius alato surgent tenione iugales.

**Pexitas**, atis, τὸ πῆλκῆ δὲ καλεῖται, ὁ φασκός. GAL. Tiffure, entrelassemēt de laine. ITAL. *Spexa di pelo in tela o in altro*. GERM. *Ein rictung da ein ding so ordentlich nach einander liegt / oder gadt als ob es gesträtt wät/ als in ein gewup die fäden so den tangen wäg vnd vberwärt gond/ als ob es ein seb wäre*. HISP. *Raso*. ANGL. *Twisting or carding of woll*. *Plin. lib. 11. ca. 24.* Quam non ad hoc pertinere videtur cribrata pexitas telæ.

**Pexatus**, adiectiuum: Veste pexa indutus. *ἑκπυκνῆς, μαματωλῆς ἰσδδουρῆς*. GAL. Vestu de robbe à long poil. ITAL. *Vestido d'habito di longo pelo*. GERM. *Mit etnem forschetd angethon*. HISP. *Vestido de raso*. ANGL. *Clotbed in a roushe garments*. *Martial. lib. 1.* Pexatus pulchrè, &c.

[Pexus, a, um: *Quintilian. cap. 9. lib. 1.* Pexus, pinguisque doctus. Vide in pecto: supra.]

**Pectus**, a, um, penult. corr. idem quod pexus. *ἑκπυκνῆς*. GAL. Peigné. ITAL. *Pettinato*. GERM. *Gesträtt/ oder gewasmet*. HISP. *Peinado*. ANGL. *Kembed*. *Colum. lib. 2. cap. 3.* Preparatæ sint & pectinæ lanæ, quò facilius iusta lanificio persequi atque exigere possit. Per translationem accipitur pro culto, polito, & subactò. *Idem lib. 10.* Verum ubi iam puro discrimine pectita tellus Deposito squalore nitet.

\***Pectunculus**, *πῆλκῆ*, Pisces qui & pecten dicitur. *Plin. lib. 9. cap. 19.* Ioligo etiam volitat, extra aquam se efferens, quod & pectunculi faciunt sagittæ modo. Pectunculi concharum. *Colum. lib. 8. cap. 16.* [Et *Gellius cap. 16. lib. 7.* Pectunculus Chius optimus. Vide supra, in Pecten.]

**Pectus**, oris, Anterior pars animalis à gula vsque ad ventrem. *ἑκπυκνῆς, εἰρη, εἰρη*. GAL. La poitrine. ITAL. *Petto*. GERM. *Die brust so von dem hals gadt bis auff den bauch*. HISP. *El pecho*. ANGL. *The breast*. Hoc nomini tantum latum est, reliquis animalibus carinatum, ut ait *Plin. lib. 11. cap. 37.* [Hinc *Quintilian.*

Dignitas in latitudine pectoris. *Ouid. 13. Metam.* Et in pectus condidit enssem. Ad vos studiosa reuerto pectora. (i. d. amici) *Idem Eleg. vlt. lib. 4. Trist.* Cor cepit in pectus emicare. *Plaut. Aul. sc. 3. a. 4.* Pectus digitis pulsar, cor credo euocaturus est foras. *Plaut. Mili. sc. 2. a. 2.* Nempa ego mille meo protexi pectore puppes. *Qui. 13. Metam. &c.* Dicitur autem puratur pectus à compactis costis. Est enim pectus costis compactum, quæ veluti firmamentum pectoris sunt. *Virg. 9. Æneid.* Pectore in aduerso totum cui cominus enssem Condidit assurgentis, & multa morte recepit. *Horat. 2. Ser. Satyr. 8.* tum pectore adusto Vidimus & merulas poni. *Quintil. lib. cap. 15.* Nam & M. Aquilius defendens Antonius scissa veste, cicatrices quas is pro patria aduerso pectore suscepisset, ostendit. Accipitur nonnunquam pectus pro corde quod sub pectore latet, vel pro ipso animo quem in corde residere nonnulli antiquorum putauerunt. *Iuuen. Satyr. 13.* Nocte dique suum gestare in pectore stessem. *Horat. lib. 1. Epist.* Non tu corpus eras sine pectore. Accipere toto pectore, pro completi toto animo, amore, benevolentia, studio. *Virg. 9. Æneid.* Te vero mea quem spatii propioribus ætas Insequitur, venerande puer iam pectore toto accipio, & comitem casus complector in omnes. *Cic. de Amic.* In Amicitia nisi (vt dicitur) apertum pectus videas tuumque ostendas, nihil fidum, nihil exploratum habes. [Animus iste est, non in pectore. *Plaut. pseud. sc. 1. a. 1.* Nisi somnum socordiamque ex pectore atque oculis amoueris. *Plaut. pseud. sc. 1. a. 1.* Spes & opes vitæ iacent sepultæ in pectore. *Plaut. in Amphit.* Ecquid habet acciti in pectore. *Plaut. pseud. sc. 4. a. 2.* In meo pectore parauit copias dolos. *Ibidem sc. 1. a. 2.* Meo in pectore condium consilium. *Ibidem sc. 1. a. 4.* In pectore & corde hæc res mihi curæ est. *Plaut. Men. sc. 2. a. 5.* In pectus argumenta instrui, atque in corde volutari. *Plaut. Mostell. sc. 1. a. 1.* Nemo ingenio tam duro, neque tam firmo pectore, qui non sibi beneficiat. *Plaut. Asin. in fin.* Aspicias quantum dederis mihi pectoris ipse. (i. spiritus ad canendum) *Ouid. Eleg. 1. lib. 2. Trist.* Et falso moui pectus amore meum (i. excitavi ingenium.) *Ouid. Eleg. 1. lib. 2. Trist.* Et plus in nostro pectore parte tenes (i. corde siue animo.) *Ibidem Eleg. 3. lib. 3.* Vos quoque pectoribus nostris hæretis amici In manus hominum & pectora receptus. *Senec. cap. 1. de Consol. ad Mart.* Vereor ne sit tibi pectus in eis (i. tardus ad studia) *Ouid. Eleg. 7. lib. 3. Trist. & Gell. cap. 13. lib. 17.* \* Aliquis de summo pectore, vt supra cap. 1. lib. 5. De summo & soluto pectore laudes effutere.]

**Pectusculum**, diminut. paruum pectus, *εἰρη, εἰρη*. Pectoralis, pectorale, Quod ad pectus pertinet: vt Fascia pectoralis. *ἑκπυκνῆς, εἰρη, εἰρη*. GAL. Appartenant à poitrine. ITAL. *Pettorale*. GERM. *Das zu der brust gebört*. HISP. *Cosa perteneciente al pecho*. ANGL. *Pertaining to the breast*. Est & pectorale substantiuum, genus armaturæ quo pectus munitur. *ἑκπυκνῆς, εἰρη, εἰρη*. GAL. Poitrine, armure de la poitrine. ITAL. *Armatura del petto, pectorale*. GERM. *Das brustharnisch/ wirt/ sunst genennet der treib*. HISP. *El petto, armadura de del pecho*. ANGL. *A breastplate*. *Plin. lib. 37. ca. 7.* Sacrata lege pugnantibus è pectoralibus eorum, oreisque & galeis.

**Pectorosus**, a, um, Qui est magni & validi pectoris. *ἑκπυκνῆς*. GAL. Qui a large & longue poitrine. ITAL. *Pettorato*. GERM. *Das eto grosse vnd starck brust hatt*. HISP. *Cofa de gran pecho*. ANGL. *That hath a broade and strong breast*. *Autor Priapee*, Nemo est feroci pectorosior Marte. *Colum. lib. 8. cap. 2.* Sint ergo matrices probi coloris, robusti corporis, quadratæ, pectorosæ, magnis capitibus.

**Pecuaria**, Pecuaris, vide Pecus.

**Peculiaris**, Peculiosus, vide Peculium.

**Peculium**, lij, Dicitur, quicquid alicuius labore & industria partum est. *ἑκπυκνῆς, εἰρη, εἰρη*. GAL. Le bien propre à chacun. ITAL. *peculio*. GERM. *Ein eigenthum/ oder eigen gut/ etwas so elner mit seiner arbeit zu eigen vberkommen hatt*. HISP. *El pegual*. ANGL. *The proper goods of any man*. [Peculium dictum à pecore, & cur, & quid *Plutarch. in Valerio*.] Apud veteres peculium dicebatur quoduis patrimoniu, eò quod pecoribus omnis eorum substantia constabat: vnde & peculij nomen deductum est. Postea tamen consuetudine loquendi factum est, vt peculij nomine illud præcipue comprehenderetur quod seruus vel filius familiaris, dum adhuc in domini potestate esset, vel patris, industria sua, vel labore iurificasset. *Cicero in Paradox.* An eorum seruitus dura est, qui cupiditate peculij nullam conditionem recusant durissimæ seruitutis: *Plaut. in Asinar.* quâquam ego sum sordidatus. Frugi tamen sum, nec potest peculium enumerari. *Ibidem*, Largitur peculium omne: in tergo thesaurum gerit. *Florent. Iurisconsul. in l. peculium ff. de peculio.* Peculium, inquit, ex eo consistit, quod parsimonia sua quis parauit, vel officio suo meruit sibi donari, idque velut proprium patrimonium seruû suum habere quis voluit. Tubero autem, referente *Celso lib. 6. ff.* sic definiuit peculium, quod seruus domini permisso separatim à dominicis rationibus habet. [Ob istuc verbum dabo hodie aliquid peculij tibi Philematium mea. (ambiguè & obliuend.) *Plaut. Mostell. sc. 3. a. 1.* Mea hæc habeo omnia meo peculio empta (nempe quod femina summa sustinet. *Plaut. pseud. sc. 7. a. 4.* Etiam de tergo ducentas plagas prægnates dabo. L. Carpitur peculium omne, in tergo thesaurum gerit. *Plaut. Asin. sc. 2. a. 2.* Frugi sum, nec potest peculium enumerari. *Plaut. Asin. sc. 4. a. 2.* Vt huic dem comedes. St. Cui peculi nihil est, rectè feceris. *Plaut. Capt. sc. 4. a. 5.*] Peculium castrensè dicitur quod à parentibus, aut agnatis in militia degenti donatum est, vel quod filius familiaris in militia acquisiuit, quod nisi militasset, non haberet. Vide de hoc latius in dictione Castrensensis. Sunt præterea tria peculij genera, Quasi castrensè, profectiuum & aduentiuum, de quibus vide *Hosonam in Lexico*, A peculio diminut. peculiolium.















ter, faire un pet. *It. A. Postegiare.* GERMAN. *B.iffen / du fath ofet / schiffstassen.* HISPAN. *Peer.* ANG. *To fart.* } *Horat. l. 1. Sermon. Satyr. 8.*  
 Nam d. sp. lofa sonat quantum vesica, p. pedi. *Maritalis*, Nihil aliud video quo te credamus amicum, Quam quod me coram pedere Crispe loles, Hinc peditus, crepitus ventris apud Sospit. *lib. 2. Grammat. & Huius compesita sunt, impedo, & Oppedo, de quibus suis locis.*

**PEDO**, Albinovanus, poeta fuit Epigrammatographus, qui sub Augusto floruit, & ad Neronis vique tempora pervenit. Præcipue amicus fuit Ouidio, qui Pedonem cum vocat *lib. 4. de Ponto Eleg. 10.* Si roget hoc aliquis cur sint narrata Pedoni, &c. Alibi etiam Siderei epitheto eum honestat, vel propter excellentiam, vel quia fortasse de s. teribus scriptum aliquid edidisset: *sic enim ait Eleg. 16.* Quam foret & Marfus, magisque Rabinus, oris, illa utiq; Mater, hideretiq; Peto.

**Pedo**, pedas, Pedum, Pedusculus, *vide Pes.*

**Peganon**, *παρανον*, Herba est. *Diosc. lib. 3.* quam Latini rutam appellant.

**Pegāsā**, *παρασα*, Steph. Oppidum est Cariae.

**PEGASAE**, *παρασαι*, Thessaliae oppidum, quod postea Demetrias, *δημητριάς*, dictum est, propter quod navis longa Argonautarum Pegasea, nuncupatur, quod Iason qui eam ædificavit, fuit filius Ætonis, fratris Peliae, regis Thessaliae. *Ouid.* Iamque frecent Minyæ Pegasea puppe secabant. Hinc Pegaseus sinus in Thessalia est appellatus. Sunt qui rectius Pagasæ dici putent, & Pagasæus. *Vide supra*, sed à Pegaso equo, Pegasides Musæ, penult. *cor. ut Ouid. docet.*

**PEGASIDES**, penult. corrept. *παρασιδες*, Musæ dicæ sunt *δωδεκάθετες*, hoc est à fonte, numini illatum sacro, quem Pegasus ictu vngulæ fingitur aperuisse. } **GERMANI.** *Ein junam den Musio gâben / und dem brunnen Pegas.* } *Ouid. Epist. 21.* At mihi Pegasides blandissima carmina dicant. } *Ouid. Eleg. 7. lib. 3. Trist.* Hoc ego (ingenium tuum,) Pegasidas deduxi primus ad vndas. } Interdum etiam Pegasides dicitur fontium, vel fluviorum nymphæ, quæ & Naiades. *Idem Epist. 5.* Pegasis Ænone Phrygius celeberrima lyliis.

**PEGASVS**, penult. corrept. *παρασας*, Equus alatus, *δωδεκάθετος*, id est à fonte, quod iuxta *παρασας*, id est fontes Oceani natus sit, ubi Gorgones habitabant. Hunc Hyginus, & alij complures Neptuni & Medusæ filium dixere, alij ex Medusæ sanguine quam Perseus interemit, natum affirmant. Hic quum Helicône euolasset, saxum vngula feriens, fontem aperuit, qui ex eo Hippocrene, id est fons equineus, est appellatus. } **GERMANI.** *Ein Pferd wtl. fagen wetches am berg Heltcon / in brunnen herfur gesatret oder gekampft hat.* Postea verò quum ex Pirene Corinthio fonte biberet, à Bellerophonte, qui id temporis expeditionem in Chimæram parabat, captus est. *Strabo lib. 8.* Fama est (*inquit*) equum Pegalum quum potaret hoc in loco, à Bellerophonte deprehensum fuisse, alatum inquam, caballum è Medusæ ceruice & de Gorgonis execto guttore proficiente. Hoc equo vsus est Bellerophontes in expeditione contra Chimæram. Vulgatum est, & caballinum fontem in Helicône erupisse, quum subiectam ibi tellurem feriret vngula. Post hæc rerum terrestrium tædio ductus, in cælum dicitur euolasse, ibique inter sidera constitutus, Arcticum circulum spectare, pedibusque æstivo orbi adnixus, extremo ore caput Delphini tangere, & Aquarij manum dextram ceruici suæ adiungere. } Pegasus etiam dicebatur instrumentum in domibus, quo tanquam iumento, vestes & similia strata suspenderebantur, à Pegaso equo poetico, translatione nominis excogitata. } Fuit & hoc nomine Iurisperitus: à quo nomen accepit Pegasium senatusconsultum. *Pompon. lib. 2. de Origin. iuris.*

**Pegaseus**, a, um, adiectivum, pen. cor. *Catull. ad Camerum*, Næ si Pegaseo ferar volatu. Versus est hendecasyllabus. *Achilles Statius*, Non si Pegaseo legit.

**Pegaseus**, aliud adiect. quinque syllabarum. *Perfius in Prefat.* Corvos poetas, & poetrias picas Cantare credas Pegaseium melos.

**Pegmā**, *παραμα*, *παραμα*, Hoc est à pangendo, siue componendo Machina quædam est lignea in qua statua collocantur, & quasi finguntur ad illas festinandas. Interdum *παραμα* cum ludicris producebantur in scenam, cum pueris etiam confidentibus, ex lignis & tabulis quæ constabant vario picturæ genere. Pegmatis formam, *Seneca ad Lucillum* his verbis describit: *Hæc (inquit) annumeres licet machinatores qui pegmata ex se surgentia excogitant, & tabulata tacita in sublime crescentia, & alias ex inopinato varietates, aut dehiscenibus quæ cohærebant: aut quæ distabant, sua sponte cohærentibus, aut iis quæ eminebant, paulatim in se residibus.* *Ioseph lib. 7. de bello Iudæico*, Maxime autem erat stupor machinarum quæ portabantur, siue pegmatum fabricatio, pro quorum magnitudine viribus portantium occurrentes timebant. Multa enim in tertium nidum, quantumque surgebant, & magnificentia fabricæ cum admiratione delectabat. In illis machinis simulacrum belli representatum fuisse significat, ut alij capere viderentur, & per singula pegmata dux captæ urbis agebatur, ita ut captus fuerat ordinatus. Qui autem in his machinis depugnabant, à Suetonio pegmates vocantur. [Contra omnes Editiones Calepini hæc refero pegmates. *Sic enim scribit Suetonius in Caligula cap. 26. ad finem.* non autem pegmates. Vide in sequenti dictione.] Tradunt Claudium obiecisse aliquando bestiis, qui pegmata in scenam parua feliciter produxissent. [Refert Suetonius in Claud. cap. 34.] *Plin. lib. 33. cap. 3.* Princeps Caius in circo pegma duxit, in quo centum & viginti quatuor argenti pondi fuere. *Festus* scribit, pegmata esse ex ære, aut marmore armamenta, quæ ut plurimum in atris, quondamque in porticibus aulique affigebantur, maiorum, aliorumque fortium virorum gesta certius quam pictura ostendenda. *Martia. lib. 12.* Evirescent media pegmata cella via.

[Pegmares gladiatores. *Suet. in Caligula cap. 26.* Rabidis feris vilissimi

mo senio confectos, gladiatores quoque pegmares, subliecibat.]

**PEICERO**, ras, pen. cor. Falsò, & animo fallendi iuro, iuramentum non seruo. } *עבד נישבאב נישבאב* *לשכחא* *לילא* *אלאב.* *ἔπιμαρτία* **GALLI.** Se parurer. *It. A. Giurare il falso.* **GERM.** *Ein falschen eud schwören.* **HISPAN.** *jurar falsamente.* **ANGLI.** *To foreswere him self by a false othe.* } *Cic. 3. Offic.* Non enim salum iurare, peierare est, sed quod ex animi tui sententia iuraris, sicut verbis concipitur more nostro, id non facere, periurium est. *Idem pro Rosc. Comæ.* Qui mentiri solet, peierare consuevit. *Mart. lib. 7.* Nec etubescat peierare de turdo. Et ostreorum rapere lividos cirros. Iuris peierati pœna. *Horat. 2. Carm. Ode 8. Plaut. in Astin. sc. 2. a. 2.* quid fecit scelestè, pro illo lingua peierat. *Laëtant. lib. 1.* Ergo aliqua potestas est quæ peierantes deos puniat.

**PEICER**, peioris & peiorare, *vide Malus.*

**PELAGIA**, *παραγια*, Mulier Antiochena, voluptatibus & illecebris primum dediti sima: ut quæ nulli rei attentum vacaret quam corpori comendo. Tandem tamen meliore ducta spiritu, repetere velut in nouum quoddam animam transformata est, eamque deinceps, quam corporis cultui impendere solebat, ad animum virtutibus excolendum transiit.

**PELAGONIA**, *παραγονια*, Pars Macedonia Septentrionalis, quæ Triballis proxima est. *Autor Plin. lib. 1. cap. 10.*

**Pelagus**, pen. cor. tam masculini quam neutri generis, proprie profundum maris significat. } *Ἰαμ. παραγο.* **GALLI.** La mer creuse, la haute mer. **ITAL.** *Mare.* **GERMANIC.** *Die tieffe des meers.* **HISPAN.** *Mar.* **ANGLIC.** *The sea, or bottom of the sea.* } Etymologici pelagus dictum volunt, quasi *παραγο*, quod sit *παραγο*, id est procul à terra. Tameris etiam pro quouis mari accipiat. *Valler. Flac. lib. 1.* Argon. O quantum terræ, quantum cognoscere cæli permillum est, pelagum quantos aperimus in vsus! *Plin. lib. 10. cap. 32.* In reliquis partibus est quidem mitius pelagus. *Virg. 3. Æn.* hic pelagi tot tempestatibus ætus, &c. *ibid.* Treis aded incertos cæca caligine soles Erramus pelago. [ *Priscianus lib. 1.* Pelagus scripturum.]

**Pelagicus**, a, cum, } *παραγο.* **GALLI.** De mer. **ITAL.** *Di mare.* **GERMA.** *Des mer.* **HISPAN.** *Cosa de mar.* **ANG.** *Of the sea.* } Quod in mari vivit, siue etiam quod est ex mari. *Colum. lib. 8. cap. 7.* Cæteri saxatiles, aut pelagici satis ex his, sed ex recentibus melius piscantur.

**Pelagus**, a, um, *παραγο.* **Idem Var. 3. de Re rust. cap. 3.** Sic nostræ ætatis luxuria propagavit leporaria: at piscinas protulit ad mare, & in eas pelagios greges piscium reuocavit.

**Pelagia**, *παραγια*, Piscis est ex genere concharum, qui & purpura dicitur, in mediis faucibus succum habens tingendis lanis laudatissimum, qui ab eo pelagium dicitur: sicut à buccino alio concharum genere, buccinum appellatur. *Plin. lib. 9. cap. 37.* Purpuræ alio nomine Pelagiæ dicuntur earum genera plura, pabulo & solo discretæ. *Idem lib. 9. cap. 38.* Buccinum per se damnatur, quoniam succum remittit. Pelagio admodum alligatur, nimisque cæcus n gritiæ dat austeritatem illam, nitorumque qui quæritur cocci.

**Pelamis**, dis, gen. fœ. Thynnus qui nondum excessit annum. *ἰσθαμια*, **GALLI.** *Pelamide ou thon.* **ITALIC.** *Palamita, pesce terno.* **GERMAN.** *Ein junger wter wachsonet merisch von der ort des Thun.* **HISPAN.** *Especie de atun.* **ANGLIC.** *A young fish.* } Nam pelamides primò, post annum thynoi vocantur. Dictam autem voluit pelamidem, *ἰσθαμια* *παραμα*, quod in luto moretur. *Plin. lib. 9. cap. 15.* Limolæ à luto pelamides incipiunt vocari & post annum thyni. *Iuven. Satyr. 7.* Quod vocis pretium? Siccus pelamunculus & vas pelamidum. Varia pelamidum genera enumerantur à *Plinio lib. 32. cap. 16.* ex quibus reliqua omnia magnitudine excedit orcyon. [ *Gellius cap. 16. lib. 7.* Pelamis Chalcedonia optima.]

**Pelargus**, *παραργος*, *παραργος* Græcè, Latine ciconia dicitur. **GALLI.** *Cicogne.* **ITAL.** *Cicogna.* **GERMA.** *Ein storck.* **HISPAN.** *Ciguena.* **ANGL.** *A storck.* } Inde Pelargici nomi. *ab Aristophano* dicti, quasi ciconiarum leges quibus liberi patres alere iubentur: id quod in iure quoque cautum est. Ideo in sceptris regis antiqui ciconiam sculpere solebant in summo, in infimo autem hippopotamum animal improbissimum: significare volentes iustitiæ obnoxiam esse violentiam: cuius iustitiæ symbolum est ciconia, quæ parentes senio confectos alere, humerisque gestare in volatu creditur. *Vide quæ de hoc annotauimus in dictione ANTIPELARGESIS.*

**PELAGIA**, *παραγια*, Olim dicta est celeberrima illa totius Europæ Cherroneus inter duo maria, Ægæum & Ioniam, platani folto similis propter angulosos recessus: quæ notiore nomine Peloponnesus dicitur. Diæta Pelagia à Pelagis populis vetust. simis, qui ab Arcadibus originem traxerunt. *Vide Strabonem libro 5. & Plin. lib. 4. cap. 4.*

**PELAGI**, *παραγο.* Populi sunt Græciæ vetustissimi, qui ex Arcadia oriundi, citra extremam partem Macedoniae confederunt, in eo Thessalia tractu qui ab illis aliquandiu Argos Pelagicum fuit appellatus. } Dicti Pelagii, ut nonnulli putant, quasi *παραγο*, hoc est ciconiæ, quod more ciconiarum, antequam ledem sibi delgerent, bonam partem orbis peragrarint. [ *Ouidius lib. 13. Metam. eorum meminit.* ]

**PELAGIS**, *παραγο.*, Regio est mediterranea Peloponnesi, olim etiam Drymodis & postremo Arcadia dicta. *Autor Plin. lib. 4. cap. 6.* Inde Pelagus, ga. gum, *παραγο.*, Dicta quoque est Pelagis Arcadia, *ut annotat Hermod. in Plin.*

\*Pelagias, adis, Patronymicum, pro gentili, vel adiectiuo, ut Vrbes Pelagiades, *Ouid. Epist. 9. 1.*

**Pelagos**, *παραγο.*, Frutex est lauri foliis: unde à Græcis *λαυριος* appellatur. } **GERM.** *Singran / oder Ingran.* } Quo nomine etiam Lanai







do,quodd externas iniurias tegendo repellat. Hæc postquam concinnata est ad calceos & cætera opera faciendâ aluta dicitur. Varro,Palceolus,saccus est ex aluta factus.

Pellicula,æ,Animinut.Paruâ pellis. {δερματιον. GALL. Petite peau. ITALIC. Pellicina. GERMANIC. Ein hütlin oder fâttin. HISPAN. Pelleja pequenita. ANGLIC. A thinne skinne or tine. } Cic. pro Muran. Atque ille homo eruditissimus, ac Stoicus stravit pelliculis hædinis lectos Punicanos & exposuit vala Samia: quasi verò Diogenes Cynicus esset mortuus, &c. Continere se in pellicula, proverbium est, intra suam fortem se continere. Martialis libr. 3. Lufisti, fatis est sed te mihi crede, memento, Nunc in pellicula cerdo tenere tu. Curare pelliculam, est corpus suum molliter tractare. Horat. 2. Serm. Satyr. 5. ire domum atque pelliculam curare iube. Veterem pelliculam retines, hoc est, pristinos imbres. Persius Satyr. 5. Sin tu quum fueris nostræ pau'd ante farinæ, Pelliculam veterem retines, & fronte politus Asturam rapido feruas sub pectore vulpem: Quæ dederam supra repero, funemque reduco.

Pellicus, a, um, Quod est ex pelle, vt Vestis pellicea. {δερματιον. GALL. De peau, fait de peau. ITAL. Di pelle. GERMAN. Von heutenibetgin. HISPAN. Cosa de materia de pelleja. ANGLIC. Of a skinne. } Hieron. contra Iouin. Deiecti in vallem lacrymarum, tunicis confutis & pellicis vestirentur. Dicitur & pellicius eadem significatione, Lampridius in Heliogab. Sella pellicia.

Pellitus, ta, tum, pen. pro. Quod pelles habet, vel pellibus tectum est. {δερματιον. GALL. Qui est couuert de peaux ou fourré de pannes. ITAL. Pellizzato. GERMAN. Mit hehen oder fâten bedect. HISPANIC. Vestido de pellejas. ANGL. That is covered or furred with skinnes. } Propert. lib. 4. Pellitos habuit rustica chorda patres. Horat. 2. Carm. Ode 6. Dulce pellitis ouibus Gallesi & Flumen, & regnata petam Laconi Rura Phalantio.

Pelliculo, as, penultim. product. Pellibus alligatis obtuso. {δερματιον. GALL. Couvrir, ou estoupper de peaux ou de cuir. ITAL. Coprire con pelle. GERMAN. Mit dem fâten vermachten oder verstopfen. HISPAN. Culpri o tapar con pellejas. ANGL. To furre or cover with skinnes. } Columella libro 12. capit. 46. Vas opercularum pelliculant. Idem cap. 39. In alia vasa deliquare, & confestim opercula gypfare, & pelliculare.

Pellio, Qui vestes pelliceas & alia ex pellibus opera facit. {δερματιον. GALLIC. Pelletier, peaucier. ITAL. Pellizzaro, valotaro. GERMAN. Ein tuffner / beiz macher. HISPANIC. Pellejero. ANGLIC. A skinner or furrier, a pelt munger. } Plaut. in Menach. [sc. 4. a. 2.] Quasi suppellex pellionis, palus palo proximus est.

Pello, lis, pepuli, pulsum, percutio, ferio. {הדחף hidhach hach hadhuach הרה dachaph. mes. GALLIC. Pouffer, debouter, chasser. ITAL. Percuotere, scacciare. GERMAN. Schlagen / stopfen aufschreiben / hinstopfen. HISPAN. Herir, empuzar. ANGL. To expell or put out. } Plaut. in Amphit. Quid mainitabas te facturum, si istas pepulissent fores. Terent. in And. Tunc has pepulisti fores? Aliquando ponitur pro abigo, extredo, &c. Pelle animo timore animo aderit gnatus. Iungitur etiam ablatiuum cum præpositione à, vt Pelle, hunc à foribus: apud Plaut. in Amph. Item cum præpositione de, vt Non potuit pelli de ea sententia: Itey: cum è vel ex: vt Pellere aliquem è foro vel ex templo, Nonnunquam etiã sine præpositione: vt Pellere patria, ciuitate, regno, agro, sedibus, [Pulsus Aristides, necramen vrbe sua. Ouid. Eleg. 1. lib. 2. Trist. In numerum pulsa brachia verfat aqua. Idem ibidem Eleg. 1. lib. 4. Pulsis melioribus anais venerat iam canities. Ouid. Eleg. vlt. lib. 4. Trist. &c. Iungitur etiam accusatiuum cum præpositione in. Cic. 2. de Oratore, In exilium pulsus est. Ponitur interdum pro exagitare, affligere. Cic. ad Nigidium lib. 4. epist. Quaquam enim nulla me ipsum priuatum pepulit insignis iniuria. Et Livius lib. 10. bell. Pun. Hoc non mediocri cura Scipionis animum pepulit: nullius enim forma pepulerat captiuam. ] Hinc sunt Pulso, pulso, pulsus, & nonnulla alia quæ suis locis explicantur. Item composita Appello, Compello, Depello, Expello, Impello, Propello. A supino pulsum fit frequentatiuum Pulso, as, de quo mox.

Pulsus, huius pulsus, Impulsio, motus, ictus: verberatio. {הדחף madhuach הדיעה maddhach madhachephâb. GALL. Pouffement, battement, chassissement. ITAL. Percussione. GERMAN. Ein trib oder stoß. HISPAN. Empuxen. ANGL. Any expelling or putting out. } Cic. 1. Tuscul. Inanimum est omne quod pulsu agitur extremo. Idem 1. de Orat. Impetus, pulsusque remorum. Virg. 12. Æneid. pulsusque pedum tremit excitatellus. [Item Pulsibus a quarum. Gel. cap. 18. lib. 2.] Pulsus item. {σφύρα. GALL. Le poul. ITAL. Polso. GERMAN. Das schlagen oder puaßeren. HISPAN. Pulso. ANGL. The pulse, the mouing of the arteries. } A medicis appellatur motus arteriarum ex spiritus reciprocatione, & ex systole, diastolæque cordis proficiens. Plin. lib. 11. cap. 37. Arteriarum pulsus in cacamine maximè membrorum euident, inde ferè morborum, in modulos certos legètic metricas per ætates stabilis aut citatus, aut tardus. Idem lib. 7. cap. 51. venarum percussim appellat, & c. Venas sumens pro arteriis. Venarum (inquit) inæquali, aut fornicante percussu.

Pulso, (as, pro quo & apud Comicos non raro dicitur Pulso, as, are: De quo infra. ) Frequentatiuum à pello, percutio, verbero. {הדחף hidhach hach hichchâb הרהרהרה hidhachaph. ANGL. To furre or cover with skinnes. } Columella libro 12. capit. 46. Vas opercularum pelliculant. Idem cap. 39. In alia vasa deliquare, & confestim opercula gypfare, & pelliculare.

stunt, valentissimi ad pulsandos verberandisque homines exercitissimi. Terent. in Adelph. Sed quis hoc ostium pulsauit? Virg. 4. Æneid. cui nubibus atris Pimiferum caput & vento pulsatur & imbri. } Transfertur & ad animum. Plautus in Epid. Id ego experior, cui in vnum multa conflunt, quæ meum pectus pulsant. Interdum pulsare ponitur pro violare, lædere. Virg. lib. 12. Æneid. Pulsatos referens infecto scædere diuos. [Sueton. in Tib. cap. 2. Nonnulli in altercatione & Iurgio Tribunus pleb. pulsauerunt. ] Pulsari item dicuntur fides vel instrumenta inuisa, quum chordæ digitis, vel pleetro attristantur, vt sonum edant. Virg. 6. Æneid. Iamque eadem digitis, iam pestine pulsat eburno. Campana quoque pulsari dicitur, quum aut restibus, aut pedibus impulsu, aut malleo acta sonitum reddit. Pulsari ponitur aliquando pro conueniri, & in iudicium vocari. Cic. Verr. 5. Pro decuma quum pulsatus à Venerio esset dedit n. s. sedecim millia. Vlpian. l. n. §. 10. D. de inter. in iur. fac. Qui interrogatus responderit: si tenetur quasi ex contractu obligatus pro quo pulsabitur. Hotoman.

Pulsans, tis, part. {שבת תופים } noghén. } Iuuen. Sat. 9. & cum Iulore Cateillo Cymbala pulsantis legatus fiet amici. Virg. lib. 3. Georg. Exultantiãque haurit Corda pauor pulsans.

Pulsatus, a, um, aliud part. Verberatus. {שבת תופים } noghén. } Iuuen. Sat. 9. & cum Iulore Cateillo Cymbala pulsantis legatus fiet amici. Virg. lib. 3. Georg. Exultantiãque haurit Corda pauor pulsans.

Pulsatus, a, um, aliud part. Verberatus. {שבת תופים } noghén. } Iuuen. Sat. 9. & cum Iulore Cateillo Cymbala pulsantis legatus fiet amici. Virg. lib. 3. Georg. Exultantiãque haurit Corda pauor pulsans.

Pulsatio, onis, pulsandi actus. {שבת תופים } noghén. } Iuuen. Sat. 9. & cum Iulore Cateillo Cymbala pulsantis legatus fiet amici. Virg. lib. 3. Georg. Exultantiãque haurit Corda pauor pulsans.

Pulsator, oris. {שבת תופים } noghén. } Iuuen. Sat. 9. & cum Iulore Cateillo Cymbala pulsantis legatus fiet amici. Virg. lib. 3. Georg. Exultantiãque haurit Corda pauor pulsans.

Pulsatio, onis, pulsandi actus. {שבת תופים } noghén. } Iuuen. Sat. 9. & cum Iulore Cateillo Cymbala pulsantis legatus fiet amici. Virg. lib. 3. Georg. Exultantiãque haurit Corda pauor pulsans.

Pulsula, æ, diminut. pro ampulla & pustulla. Martialis lib. 14. Feruida netrito tibi pollice pulsula surgat, Exornent docilem garrula plestra lyram, Quo loco fortasse legendum pustula.

Pulto, as, pulso fitque à supino pultum, quo antiqui utebantur. {שבת תופים } noghén. } Iuuen. Sat. 9. & cum Iulore Cateillo Cymbala pulsantis legatus fiet amici. Virg. lib. 3. Georg. Exultantiãque haurit Corda pauor pulsans.

Pellos, siue pellus, i, {שבת תופים } noghén. } Iuuen. Sat. 9. & cum Iulore Cateillo Cymbala pulsantis legatus fiet amici. Virg. lib. 3. Georg. Exultantiãque haurit Corda pauor pulsans.

Pellucio, ces, antepenultim. prod. luxi, Transluceo, quasi perlucio. {שבת תופים } noghén. } Iuuen. Sat. 9. & cum Iulore Cateillo Cymbala pulsantis legatus fiet amici. Virg. lib. 3. Georg. Exultantiãque haurit Corda pauor pulsans.

Pellucidus, vide Perlucidus.

Pelluuium, uij. & Pelluua, æ, Vas in quo lauantur pedes, sicut Malluuium & Malluua, vas in quo lauantur manus. {שבת תופים } noghén. } Iuuen. Sat. 9. & cum Iulore Cateillo Cymbala pulsantis legatus fiet amici. Virg. lib. 3. Georg. Exultantiãque haurit Corda pauor pulsans.

Pelopea, penult. product. Thyestis filia, quæ à patre grauidâ facta insigni forma infantulum peperit, quem recenter natum, ne turpituudo sua palam feret, feris deuorandum in syluis reliquit. Euenit tamen diis ita volentibus, vt pastor quidam illæ iter faciens, in puerum incideret: qui misericordia motus domum suam



suam illum detulit, lacteque caprino illum educauit. Vnde & Agisthus est appellatus. Hic postea quum in virum adoleuisset, Atreum patrum suum Thyestis instinctu interfecit. Clytemnestram quoque absente Agamemnone per adulterium polluit, virumque eius e Troiano bello redeuntem, ab illa adiutus, interemit. Pelopea item Lydia vrbs, alio nomine Thyaira & Semiramis appellata. *Autor Steph.* Pelopea item tragediæ nomen, miserabiles Pelopæ Thyestis casus ærumnâque continens. *Iuuenalis Satyr. 7.* Præfectos Pelopea facit, Philomela tribunos.

**Pelopus & Pelopeius, vide Pelops.**

**PELOPIDAS, Πηλοπίδης,** Thebanus, rei militaris gloria clarissimus, arctissimisque amicitiaæ fœdere cum Epaminunda coniunctus. Vitam eius Plutarchus conscripsit.

**Phaselinus**, pen. cor. Adiect. φασηλιος. Quod ex phaseolo factum est, phaselinum oleum. *Plin.* lib. 13. ca. 4.

**Phasganion**, φασηγιον. Herba est quæ alio nomine xiphion appellatur, hoc est gladiolus, nascens in locis humidis, quum primùm exit, gladij speciem præbens, radicem habens duorum cubitorum, nucis auellanae modo simbrizata. Reliquam descriptionem vide apud *Plin.* lib. 25. cap. 11.

**Phasiānus**, φασηανος. GAL. Vn faisani. ITA. Fagiāno, d. faisano. GER. Ein phasian oder faisant. *[Hic est in ar. vdgten.]* HISP. Faisa. ANG. A faisant. } Aus nota, à phasi fluuio ita nominata: vnde ab Argonautis primùm in Græciam, atque inde ad nos putatur esse deportata *Martialis* lib. 13. Argiua primùm sum transportata carina, Antè mihi notum nil nisi Phasis erat. In hanc auem Itym Tereti filium mutatam poetæ fabulantur.

**Phasiana**, nã, idem: vt apud *Plin.* lib. 30. cap. 48. Nonnulli etiam phasianas gallinas vocant.

**Phasianarius**, Qui phasianos pascit. φασηανος. GAL. Vn faisannier, qui nourrit des faisans. ITA. Che nutrice faisani. GERM. Der die faisanen jucht vnd speiset. HISP. El que cria los faisanes. ANG. Thasfeederh faisants. } *P. aulus Iuriscons.* Phasianarij autem, & pastores anserum non continentur.

**PHASIS**, is, vel idis, φασις, Colchorum prægrandis fluuius, de quo *Lucanus* lib. 3. Colchorum qui rura facit, ditissima Phasis. *Plin.* lib. 6. cap. 4. Nauigatur Phasis quamlibet magnis nauigij xxxviii. m. d. pass. Inde minoribus longo spatio pontibus centum viginti peruius. Ab hoc fluuio phasiani nomen sumpserunt, quod ibi maximus eorum prouentus feratur: vnde etiam ab argonautis in Græciam aduecti putantur. Fuit item eiusdem nominis oppidum, ad fluuij huius ostium situm, cuius meminit *Plin.* lib. 6. ca. 4.

\***Phasiacus**, a, um, Adiect. vt terra phasiaca. *Ouid.* l. de Remed. Aqua Phasiaca. *Ouid.* *Epist.* 12.

**Phasias**, adis, φασιος, Patronymicum est fœmininum: à Phaside fluuio siue oppido deductum quod Poetæ pro Medea ferè vsurpant, Phasidis alumna. *Ouid.* 3. de arte, Maritum barbara per natos Phasias vlt. suos.

**Phasmas**, uis, Apparitio, visum, monstrum. φασμα. GAL. Monstre, apparition. ITA. Mostro, apparitione. GERM. Ein

*et Phantasmata in mendes gesicht.* HISP. Milagro, aparascimienio. ANG. A sight or vision. } Est etiam nomen fabulæ apud Menandrum Græcum comicum. Phasma etiam fabula fuit cuiusdam Catulli, vt ex Iuuenale intelligere licet. *Satyr.* 8. Confundis opibus vocem Damasppe locasti Suppario, clamosum ageres vt Phasma Catulli.

\***Phecassium**, genus calceamenti. *Senec.* lib. 7. de benefice. cap. 21. Pythagoricus quidam à furore phecassium euerat, rem magnam non presentibus nummis.

**Phaulx**, φαυλις, φαυλις, Sunt oliuæ quæ minimo succo, et corpore prægrandi, pusillisque sunt nucleo.

**PHICIA**, pen. prod. φαικια, Ciuitas Arcadiæ, à Phageo rege, Phoronei fratre condita. Prius Faymanthus, postea & Phephis appellata. *Step.*

**PHEGEVS**, φαγει, Pater fuit Alphesibœæ, qui Alcmæona quum iussu patris matrem occidisset, & ob eam rē furis agitaretur, purgatus, eiq; Alphesibœam filiam matrimonio locauit. *Vide fabulam Latinam apud Ouid.* 9. *Metam.* Item proprium nomen terui cuiusdam, apud *Virg.* lib. 5. *Æneid.* Vix illam famuli Phegeus, Sagarique ferebant. Phegeus, pen. cor. adiectiuum quadrissyllabum, φαγειος, vt ensis Phegeus. *Ouid.* 9. *Metam.*

**PHÉGOR**, φαγορ, Lingua Hebræa Priapus appellatur. *Inquit Hieronymus contra Iouinianum.* vnde Beel phégor dicitio composita, hoc est Priapi simulacrum.

**Phelandrion**, φαλανδριον, Herba quæ in palustribus nascitur, foliis apij, cuius semen propter calculos & vesicæ incommoda bibitur. Quidam existimant eam esse quam officinæ *Filipendulam* vocant, alij eandem faciunt cum apio palustri, quod à Dioscoride *Chelidonium* vocatur.

**Phellus**, φαλλος. GAL. Du liege. ITA. Souero. GERM. Panteffhoij odet sotendohly. HISP. Alcornoque. ANG. Corke. } *teste Cælio* lib. 6. cap. 17. idem est cum eo quod Latini vocant suber. Vnde *Plutarchus* in lib. de Fortuna Romanorum, scribit. C. Pontium à Camillo missum in Capitolium à Gallis id temporis obsessum, quum Tibrim transmitteret, quum autem pectus eius inuenerit, hoc est phellos lato pectore subiecisse. Græci φαλλος perpetuo epitheto vocant, ἀβωπτος, hoc est immeribilem, quod in aquis non nisi magna ponderis vi submergatur. Hinc à Luciano finguntur esse homines phellopodes, qui per mare currentes non mergentur, quasi phellinos habentes pedes.

**PHÉMŌN**, φαμων, Sibyllæ nomen, quæ prima Apollinis Delphici vates dicitur fuisse, & carnè heroicam inuenisse, vt ait *Pausanias*. *Stat.* lib. 4. *Syl.* referet que arcana pudicos Phemonoc fontes. } Est & Phæbados cuiusdam nomen apud *Lucanum* lib. 5. Phemonoc errare vagam, cuiusque vagantem. } Sunt qui Phæbi filiam dicant fuisse. *Meminit eius Hesiodus in Theogonia.*

**PHÉNĒVM**, φαηνον, Stephano, Oppidum in Arcadia, circa quod herba nascitur Homeri præconio celeberrima, quam à diis immortalibus Moly vocari asserit *Plin.* lib. 25. ca. 4.

**PHĒNEVS**, φαηνος, Lacus Arcadiæ, cuius aqua nocturno tempore perniciosa interdum salutaris est. *Ouid.* *Metam.* 15. Est lacus Arcadiæ, Pheneum dixere priores, Ambiguus spectatus aquis: quas noctè timeto; Noctè nocent potæ, sine noxa luce bibantur.

**PHĒNGĪTES**, φαηγιτες, Lapis duritia marmoris, candidus & translucens, vnde & nomen habet. Nam φαηγιος splendorem significat. *Plin.* lib. 36. cap. 22.

**PHĒNĪŌN**, Herba quæ & anemone dicitur, quasi herba ventis sic enim vulgus appellat, quod eius flos tantum vento spirante aperitur. *Plin.* l. 21. c. 13.

**PHĒRÆ**, a, um, φαηραι, Vulgò Ceramidi, Oppidum Thessaliæ ad Boebei dem lacum, vbi Magnesia à Pelasgijs campis dirimitur. *Homerus* in *Catal.* Oi di φαηραι αιουατο εβη εκεινη λιπυτι. } Est item eiusdem nominis oppidum in Achaia propriè dicta, non procul à Patris.

**Phereus**, a, um, *Ouid.* in *Epist.* Oenones, Ipse repertor opis vaccas pauisse Phereas fertur, &c.

**Pherecrates**, φαηκρατης, Atheniensis poeta comicus, militauit sub Alexandro magno: docuitque fabulas XLII. *Autor Suidas.*

**Pherecydes**, pen. prod. φαηρεκιδης, Philosophus, & Poeta tragicus, ex Scyro insula, teste *Sirabone* lib. 10. Floruit regnante Seruo Tullo apud Romanos. *Cic.* l. 1. *Tusc.* Hic primus dixit animos hominum esse sempiternos. Primus scripsit soluta oratione (vt *Apuleius* in *Floridis* autor est) repudiato versuum nexu. Hanc Pythagoras magnum coluit. Perit phthiriasi, id est pediculari morbo: de quo *Serenus*. Sed quis non pauca Pherecydæ sara tragædia, Qui nimio furore suens animam terra Eduxit, turpi miserum quæ morte tulerunt. Hic tamen nullo magistro usus, tamen per se multum eruditionis est consequutus, vt *autor est Suidas*. Quanquam Diogenes Laert. Patrici auditorem fuisse tradit. } Pherecydes præterea alius fuit, teste *Laertio*, antiquior etiam superiore, Atheniensis & Philosophus, qui ab Orpheo multa didicit, scripsitque Theogoniam libris decem, item libellum De rerum principio. } Pherecydem alium Lerium genere, Historicum commemorat *Suidas*.

**Pherenice**, pen. prod. φαηρικη, Nomen mulieris. *Ælianus* lib. 10. de varia hist. Dixit ad Olympicum certamen filium suum Pherenice fœmina, prohibentibus eam spectare qui præsidebant. Licere id sibi persuasit, quæ patrem, & fratres tres haberet Olympicos Spectauit, & victorem filium reduxit.

**Pheretrum**, φαηρετρον. Vide FERETRUM.

**PHIALA**, φαλια, φαλια, GAL. Vn phiala, à vin, soit pot, ou coupe, ou tasse. ITA. Amola inghifara, caraffa. GER. Ein trinkschalen. *[o man gewonlich nur aus gold vnd silber machet.]* HIS. Laradoma. ANG. A goblet or broade piece to drink in. } Poculi genus capacissima dictum, quasi φιάλη, vt *ειπετο*, εβη το μαναντι παριχειν, hoc est ab eo quod affatum ad bibendum suppediat. Solent autem phialæ ex auro fieri, quod & ipsum non obscure inuuit *Iuuenal.* *Satyr.* 7. Vitro tunc phialas: tibi non committitur aurum.



**PHIDIAS**, *φειδίας*, Nobilis fuit statuarius, qui in ebore scalpendo claruit: diis tamen (ut inquit *Quintilianus*) quam hominibus efficiendis melior. Inter hujus opera præcipue commendata est Minervæ statua, quam Athenis ex Ebore fecit, xxvi. cubitorum altitudine: in cuius clypeo Amazonum pugnam, & Gigantomachiam insculpsit: in soleis vero, Centaurorum & Lapitharum certamen. Proximam commendationem meruit Iuppiter Olympius, & ipse totus ex ebore. Cælavit & Venere, quæ postea Romæ sita in porticu Odæiæ fertur. Item Nemeseum Rhamnesiam, marianum manum tenentem, ex quo parva surgebat complicatio: hanc inscriptionem habens, Agoracritus Patrias fecit. Hunc enim Agoracritum discipulum vsque ad eum diligebat, ut ei tanti operis laudem crederet.

**PHIDIACUS**, *φειδιᾶκος*, *Proper* l. 3. Phidiacus signo se Iuppiter ornabat eburno. *Mart. l. 6.* Quis te Phidiaco formatam Iulia cælo. Aut quis Palladiæ non putet artis opus?

**PHIDITIA**, *φειδῖτις*, oram, *φειδῖτις*, Cœnationes Lacedæmonij seu cœnivia nominabant, siue quod *φειδῖς*, id est amicitiæ causa instituta sit, siue potius à *parsimonia*, *φειδῖς* enim significat parco & abstinco, *φειδῖς* parcitas & *parsimonia*: *φειδῖς*, parcus. Vnde & phiditia, conivivia parca, & frugi. *Cicer. 5. Tuscul.* Quid, victum Lacedæmoniorum in phiditiis. nonne videmus? Conveniebant enim ad phiditia conferentes singuli farinæ modium, vini cotos octo, casei quinque minas, sicuum quinque semiminas.

**PHIDIPPVS**, *φειδιππος*, Hercules nepos ex Theslalo filio, qui vna cum fratre Anupho contractis ex maris Carpathij insulis triginta navibus, Græcis suppetias tulit adversus Troianos. Autor *Homerus* in Catalogo navium. Est idem Phidippus personæ comicæ nomen, apud *Terent. in Hecyr.*

**PHILA**, *φίλα*, *Stephano*, Vrbs Macedoniæ, iuxta Peneum fluvium à Demetrio Gonata Antigoni filio condita, & à nomine matris eius ita appellata. Est item Phila maris Gallicæ insula, è regione Antipolis cuius meminit *Plin. l. 3. c. 5.* Sunt & quatuor eiusdem nominis insulæ in Nilo fluviio, supra Deltam quas commemorat *idem Plin. l. 5. c. 9.*

**PHILADELPHIA**, *φιλadelphία*, Nomen civitatis in Mysia, regione Asia, frequentibus terræ motibus concussa, vnde eius incolæ in agris magna ex parte degebant. In hac fuit vna ex septem Ecclesiis in Apocalypsi commemoratis. Supra Philadelphiam, Orientem versus iuxta regio patet, quam Græci *καλλιμαχίσις* appellant, fraxinus longa quingentis, quadringentis lata, vbi nullæ arbores præter vitæ inveniuntur, quæ exustum vinum fert ita elegans ut nulli cedat. Summa camporum facies cinerulenta est: montana, petrosa, & nigra. Quædam ex crebro fulminum ictu id contigisse arbitrantur, nec dabitant quæ de Typhone dicuntur, hoc in loco fabulati. Sed credibilis est subterraneum igoem, qui postea defecerit regionem exassisse. Dicta est vrbs Philadelpia ab Attalo Philadelpho conditore.

**PHILADELPHVS**, *φιλadelphος*, Ptolemæi regis Ægypti cognomen, qui bibliothecam Alexandriæ, ferè quinquaginta millia librorum continens, extexit. Idem libros Mosis vertendos curavit per *lxx.* interpretes ex Hebræo in Græcum sermonem.

**PHILÆ**, *φίλα*, Insula aspera, & vndique prærupta, adiacens Ægypto, duobus in viciis coitris annibus circumta, qui Nilo mutantur, & eius nomen ferunt. Sunt autem Philæ. *Strab. l. 17.* infra Syenem, ad quas ipse se ex Syene plaustrum per plana aliquando vectum scribit. Meminit & *Lucanus libro 10.* Rursus multasidas reuocat piger alveus vondas. Quæ dirimunt Arabum populis Ægyptia rura, Regni claustra Philæ.

[*Philenium*, Meretriculæ nomen. *Plaut. Asin. sc. 1. a. 1.*]

**PHILANORVM** *φιλανόρων*, Dicuntur quæ Siculo Peloro opposita, in media quodammodo Syrtium tellure posita sunt: dicta à Philæno fratribus, qui in eo loco viui creduntur fuisse defossi. Nam quam inter Cyrenenses & Carthaginienses de fratribus incidisset controuersia, placuit ut certo tempore duo viri ex vtraque civitate egrederentur: vbi cuique sibi obuij fierent, ibi civitatis vtriusque termini essent. Itaque Carthagine egressi Phileni, quum aliquot passuum millia in fines Cyrenensium processissent, indignati adversarij se esse præventos, optionem Philenis proposuerunt, mallentne ad suos fines retrocedere, an eo in loco viui defodi. Illi que respondentibus se patriæ salutem vitæ præferre, à Cyrenensibus, qui viribus superiores erant, viui eo in loco sunt defossi. Quo in loco Carthaginienses, ne eximia illorum in patriam pietas vlla temporum iniuria obliteraretur, duas eis aras constituerunt. *Vide Sallust. in bello Jugurthino.*

[*Phileus* Anacis filius. *Plutarch. in Solon.*]

**PHILAGRIUS**, *φιλάγριος*, Medicus fuit insignis, Galeni æqualis: natione Epirota, Naumachij discipulus, cuius scripta recenset *Suidas*.

**PHILAGRVS**, *φιλάγρος*. Sophista Cilix, auditor Lolliani, supra modum iracundus, Nam & dormitanti quandoque auditori pugnum in malam fertur impigisse. Huic Metellus nepos sepulchrum extruens lapideum apposuit corium. Id quum Cicero esset intuirus, in eius temeratem iocatus, *Hoc, inquit*, sapientius à te factum: *παιδείης γὰρ οὐκ ἔστιν ἄλλο, ἢ λῆγειν ἢ δίδασκειν*, volare magis te docuit, quam dicere. *Hæc Calvus Rhodiginus Antiq. lect. libro 21. cap. 7. & lib. 17. cap. 20.*

**PHILAMON**, *φιλᾶμων*, Filius Apollinis ex Chione nympa, clarissimus carmine & cithara. *Ovid. l. 12.* Nascitur è Phæbo (nanque est enixa gemellos) Carmine vocat. I clarus citharæque Philamon. Quæ fuit irem Philæmon Atheniensis, pugil fortissimus, qui omnes quæ ætatis pugiles superavit. *Suidas*.

**PHILANTHROPVS**, *φιλανθρωπος*, Lappæ genus, ita dictum quod vestibus hominum adhærens, eos amare videatur: *φιλανθρωπία* enim Græcis benignum & hominis amantem significat. *Vide Plin. l. 24. c. 19.* Dioscoridi apparine dicitur, officinis *Rebulus*.

**Philantropia**, Humanitas, hominum amor. *φιλανθρωπία*. *GALL.* Humanité. *ITAL.* Humanità. *GERMA.* Menschlichkeit. *HEB.* gegent den menschen. *HISPAN.* Humanidad. *ANGLIC.* Courteousnes, humanitie. Hanc sic definit *Speusippus*, Philanthropia, est humanitas, & affectio amicitie, hominum conciliatrix, habitus hominibus beneficis, gratiarum redditio, gratitudo benefica. Huic opponitur Misanthropia.

**Philanthropium**, *Philian. usurpat in l. 2. D. de proxenet.* pro *φιλανθρωπία*, vel *φιλανθρωπία*, id est liberalitas, munificentia. Idem dico, inquit, & si aliquid philanthropij nomine acceperit. De proxeneta loquitur, qui si aliquid pro opera sua mercedis receperit, ex conducto non tenetur. *Holomanus*.

**Philautia**, Sui ipsius amor. *φιλαντία*. *GALL.* Amour de soy-même. *ITALIC.* Amor di se stesso. *GERMAN.* Et. be seken sibo. *HISPAN.* Amor di si mismo. *ANGL.* Self love. *Cicer. Attic. lib. II.* Libri quidem ita exierunt, ( nisi fortè me fallit communis *φιλαντία*, ) vt in tali genere ne apud Græcos quidem simile quicquam.

**Philargyria**, Auri fames, argenti aviditas. *Υπὸ βέλῳ φιλργυρία*. *GALL.* Conuoitise d'argent. *ITALIC.* Avarizia, cupidità di hauere. *GERMAN.* Begier oder streben des gelt: geltgetitz: i) gellsucht. *HISPAN.* Avaricia, codicia de plata. *ANGLIC.* Greed of silver. Nam quod nos argentum, Græci vocant *ἀργύριον*.

**Philemon**, *φιλῆμων*, Syracusius, nouæ Comædiæ scriptor, qui Alexandri magni tempore floruit Huic *Quintilianus* secundum inter Comicos scriptores locum tribuit: Philemon, inquit, prauis sui temporis iudiciis, Menandro sæpe prolatus est: consensu tamen omnium meruit secundus credi.

**Philesius**, Cognomen Apollinis. Græci *φιλῆσιος*, amabilem dicunt, quod cognomen idcirco Apollini tribuitur, quia lumen eius exoriens, amabili veneratione oculorum consulatam.

**Philetarus**, *φιλῆταρος*, Comicus fuit Atheniensis, Aristophanis Comicus filius. Fabulas scripsit vnam & viginti, quarum nonnullæ recensentur à *Suida*.

**Philetas**, *φιλῆτας*. Poeta elegiographus ex insula Co, qui Philippi & Alexandri Macedonum ætate floruit. Præceptor fuit Ptolemæi Philadelphij. Suis carminibus celebrauit Battidem puellam, quam adamauit. Fuisse fertur corpore adu tenui, vt necesse fuerit ei plumbum adhibere, ne ventorum flatu raperetur. *Politianus*, nec Cossuthæc non sacra Philetas, Quamquam est æger, adest, quamquam vestigiade Fulca grauat plumbo, &c.

**Philetaria**, siue Philetaria, *φιλῆταρία* *Dioscoridi*, Herba est quam nonnulli peletoniam appellant, alij chiliodynamam, radice crassa, exilibus ramis, quibus in summis eorum bmbi dependent nigro semine, cætera raris similis. *Plin. lib. 25. c. 6.*

**Phileum**, *φίλειον*, Vulgò Groninga, apud Ptolemæum Germaniæ Septentrionalis oppidum est. Ex longitudine & latitudine à Ptolemæo adscripta, conicimus aut idem esse cum Groninga Frisæ oppido, aut certè illi proximum.

**Philedes**, Mango quidam fuit eorum, à quo quum Themistocles equum dono postulasset, minimè que impetrasset, minatus est se domum eius continuò ligneum equum facturum. Quo ænigmatè significabat se propinquo rum accusationes & crimina in eum coniecturum. *Plutarchus in Themist.* Quorsum hic mentio tam frigida rei?

**Philippi**, seu philippi, *φιλίπποι*, Aurei numi, à Philippo Macedone ita appellati, quorum apud veteres frequens mentio est. *Plautus in Pænulo.* Hic sunt numerati aurei trecenti numi, qui vocantur Philippi. *Idem Plaut. in Amphitr.* Quot Philippi? A. Duo millia. *Idem Asin. sc. 3. a. 1.* Vnumquodque verbum istorum numis Philippeis auferre nemo potest. Item, Statuum auream ex auro Philippeo quæ fiet. *[Horat. l. 2. Ep. ad Augustum]*, Gratus Alexandro regi Magno fuit ille Chærilus, incultis qui versibus & malè natis Rettulit acceptos regale numisma Philippos.

**Philippi**, *φιλίπποι*, Vrbs Thesalica quæ Dathos antea dicebatur, quam Philippus Macedonum rex instaurauit, & à nomine suo Philippus nominauit. *Virgil. l. Georg. 1.* Romanas acies iterum videre Philippi. Sunt & Philippi in Thracia inter Nestum & Strymonem amnes non procul ab Ælyma, quorum meminit *Plinius lib. 4. cap. II.*

**Philippensis**, Philippense, possessiuum formatum à Philippis Thesalica ciuitate: vt Philippenses ciues, *φιλίππωνες*, & Philippense bellum quod apud Philippos gestum est.

**Philippicus**, *φιλίππιος*, Denominatiuum, à ciuitate Philippis: vt, Campi philippici, ciuilibus cladibus nobilitati, in quibus primum Cæsar Pompeium, & postea Augustus Brutum & Cassium profugauit. \*Philippicæ, sub. Orationes, *φιλίππωνες λόγοι*, sunt Orationes Demosthenis in Philippum regem: ad quarum incitationem Ciceronis orationes in Antonium, Philippicæ quoque dicuntur, quæ & Antonianæ dici poterant. *Cic. Attic. lib. 2. c. 16.* Fuit enim mihi commodum, quod in eis orationibus quæ philippicæ nominantur, enituerat cuius ille tuus Demosthenes, &c.

**Philippides**, *φιλίππιδης*, Comicus poëta haud ignobilis, qui ætate iam prouecta quum in certamine poëtarum præter spem vicisset, gaudio repente mortuus est, quod & Diagoras Rhodioc accidit. *[Vide Plutarch. in Demetrio.]* Fuit & alius eiusdem nominis, à celeritate pedum, *φίλιππος*, cognominatus, quod xxiii. horgrum spatio mille quingenta stadia pedibus confecerit, diei vnus & noctis spatio itinere ab Athenis Lacedæmonem vsque peracto. *Vtriusque autor Suidas*.

**Philippopolis**, *φιλίππολις*, Oppidum Macedoniæ, à Philippo Amyntæ filio conditum, patre Alexandri. *Autor Steph. Plin.* Philippopolim in Thracia constituit. *l. 4. c. 11.*

**Philippus**, *φίλιππος*, Amyntæ filius & Alexandri Magni pater, Macedonum rex, rei militaris peritissimus, rebûsque gestis clarissimus, Macedo-



Macedoniae regnum, quod angustius antea finibus continebatur, ad eam ampliatum: ut centum quinquaginta populi in Macedonia ditione numerarentur. Hic à Paulania quodam adolescente est interfectus: qui quum de stupro sibi per vim ab Attalo illato, apud regem questus esset, & pro rei dignitate ultionem postulasset, seq̃ etiam à rege irrideri animaduersisset, iram in regem conuertit, & ultionem quam ab inimico non poterat, ab iniquo iudice sumpsit. [Plaut. *Aul. sc. 2. a. 1.* Mirum quum me tua causa faciat Iuppiter Philippum regem aut Darium, *idem ibidem sc. 5. a. 3.* Ego sum Rex ille Philippus (i. dicitissimus.) ¶ Alius fuit hoc nomine Romanorum Imperator, qui primus ex Romanis imperatoribus Christianae religionis sacris fuisse initiatus fertur. ¶ Philippus Demetrii filius, rex Macedoniae, à T. Qu. Flamini victus. Is auctore Livio, quum videret Annibalem sceleriter in Italia res gerentem, legatos ad eum de societate misit, qui in reditu à Q. Fulvio Flacco praefecto classis intercepti cum literis, missique ad Senatum, statim M. Leuius praetor contra eum mittitur, qui regem agentem Apolloniae, incautum semique sopitum nocte in tempesta adoritur. Ille in Macedonia cum exercitu terrestri itinere fugit, incensus prius ne hostis potiretur, suis nauibus. *Vide Liniuum lib. 1. de bell. Maced.* ¶ Philippus, medicus Alexandri, teste Curtio *lib. 2. cuius etiam meminit Plutarchus in vita Alexandri.* ¶ Philippios etiam Romanos viros claros legimus in gente Martia, inter quos L. Philippus orator, Crassi aduersarius. *Cicer. l. 3. de Orat. & de Clar. Orat.*

**Philiscus**, φιλίσκος, omicus scriptor, cuius fabulae enumerantur à Suida. ¶ Fuit item Philiscus quidam Corcyraeus, Philotae filius, poeta ex secundo ordine Tragicorum, & Dionysij sacerdos sub Ptolemaeo Philadelpho. Scriptit fabulas duas & quadraginta. ¶ Philiscus praeterea Egineta, Diogenis Cynici, aut certe (ut alii alunt) Scipionis auditor, & praceptor Alexandri: Scriptit Dialogos quosdam, inter quos est Codrus, ex Suida.

[Philista, genus laironum apud Aegyptios. *Seneca Epist. 52.*] **Philistion**, φιλίστιον, Sardinia, siue Prussensis, poeta comicus, qui Socratis aetate floruit, nimio risu mortuus fertur. *Suida.* **Philistus**, φιλίστος, Archonidae filius, patria Naucratis, aut ut alij volunt Syracusanus, Eueni Elegiographi discipulus. Scripta eius enumerat *Suidas.* [Cic. in *Bruto.* *Plutarch. in Dio.*]

**Phyllis**, Nutrix fuit Domitiani principis, ut est auctor *Sueton.* **Phillyra**, & **Phillyrides**, *Vide Philyra, & Philyrides.*

**Philosophia**, Academicæ sectae philosophus insignis, Ciceronis in Philosophia praceptor, ut ipse testatur in libro de claris Orator. Eodem (inquit) tempore, quum princeps Academiae Philo cum Atheniensium optimatibus Mithridatico bello domo profugisset, Romamque venisset, ei me totum tradidi, admirabili quodam ad philosophiam studio incitatus. Fuit etiam hoc nomine Iudaeus philosophus, Alexandriae natus, disciplinisque omnibus eruditus, & in nostra & Graecorum Philosophia bene versatus: eloquentiae autem Platonicæ tam diligens aemulator, ut illud vulgò de eo iactaretur. *ἡ φιλοσοφία φιλιστοῦ, ἢ φιλιστοῦ φιλοσοφία.* hoc est, aut Plato philonissat, aut Philo platonissat. In diuinis autem legibus, & patriis institutis quantus fuerit, ex his quae nobis librorum suorum tradidit monumentis palam est. Igitur temporibus Caij quanta acciderint Iudaeis mala, voluminibus absoluit, quibus & suam legationem pro Iudaeis apud Imperatorem retulit. Sed & *Iosephus* huius legationis meminit *lib. 18.* Hunc *Porphyrius* quoque *l. 4.* magnis laudibus est prosequutus. ¶ Philo Herenius, Byblii patria, grammaticus, tempore Adriani, de cuius imperio scripti: praeterea de ciuitatibus & viris claris libros xxx. *Suid.* \*Philos alius, architectus fuit: qui Atheniensibus armamentarium fecit, ut ait *Cicer. l. de Orat.* \*Fuit & alius Philo Caesij libertus, ut ipse testatur in *Epist. sua ad Ciceronem lib. 8.* Item alius Pompeij libertus, ut scribit *Cic. Att. lib. 16.*

**Philochares**, φιλώχαρος, Herba quae aliàs matrubium dicitur. *Plin. l. 10. c. 21.*

**Philochorus**, φιλώχορος, Atheniensis, vir doctissimus & vates, tempore Eratothenis extinctus in fidiis Antigoni, Macedoniae regis ob amicitiae suspitionem cum Ptolemaeo rege. Scriptit Attidis libros xvii, qui continent res gestas Atheniensium, & reges & magistratus, usque ad Antiochum cognominatum Deum, aliisque complura. *Autor Suid.*

**Philochus**, φιλώχος, Atheniensis poeta Tragicus fuit, non ita multo post Euripidem, Aeschylj sororis filius, ab iracundiae vitio Bilis appellatus, facie fuit in primis scaeda, capiteque in crista formam acuminato. Scripsit fabulas centum. Reliquit filium nomine Morsum, & ipsum poetam Tragicum. *Hac Suidas.*

[Philocomasium, nomen meretricis. *In Milite Plaut.*]

**Philocrates**, φιλώκράτης, Atheniensis, quem Demosthenes in proditiōnis suspitionem adduxit. Extant ad hunc aliquot Aeschylis epistolae. ¶ Fuit & alius eiusdem nominis, Struthius cognominatus, de quo *vide Suidam.*

**Philoctetes**, φιλώκτετες, vel φιλώκτες, Pen. prod. φιλώκτες. Pzantis filius & comes Herculis, cui, idem moriens in Oeta monte, mandauit ne cui corporis sui reliquias indicaret, idque iurare eum coegit, deditque pro munere pharetram & sagittas Hydrae felle intinctas. Adveniente vero tempore, quum Delphico oraculo moniti essent Graeci, ad evertendam Troiam sagittis Herculis opus esse, inuentus Philoctetes, & de Hercule interrogatus, negavit se primo quicquam de Hercule scire: tandem vero mortuum esse confessus est, & quum grauerit ad indicandum sepulcrum cogeretur, ne iurandum violaret, istu pedis locum ostendit: quumque ad bellum Troianum deduceretur, quia solus Lernaeis sagittis uti poterat, vnus sagittae casu in pede quo Hercules tumulum monstrauerat, vulnere penè immedicabili affectus est. Tandem quum vulnere sceret à Graecis ferri non posset, in Lemno relictus est: sed occiso Achille, Ulysses in Lemnum regressus, ad Troiam illunt

reduxit, ut inquit *Quid. lib. 3. Metam.* Deuisa autem Troia pudore, ne in patriam ager rediret, impeditus, in Calabria venit, ibique Petiliam condidit. *Virg. lib. 13. Aeneid.* hic illa ducis Meliboei Parua Philoctetæ subnixta Petilia muro, &c. [*Quid. 13. Metam.* S: licet infectus locus dure Philoctete. *Vide Peantades, & Peantia proles. Supra.*] Tandem opera Machaonis medici sanatus est, *Propertio teste*, Tarda Philoctetæ sanauit crura Machaon. *Vide PASTIADBS.*

[**Philodamus**, nomen hominis proprium. *In Plaut. Aul. sc. 4. a. 2.*]

**Philodespotus**, φιλώδεσπότης, Nomen seruale, idem significans quod amans domini.

**Philogracus**, φιλώγρακος, Qui liberentur vitur dictionibus Graecis. *Varr. 3. de Re rust. cap. 10.* Transi, inquit Axius, non in illud genus, quod nos philograci vocamus. *αμφοτέρω.*

**Philogynia**, pen. pro. φιλώγυνια. Amor mulierum. *ANG. The leue of women.* ¶ *Cicero* mulierositatem veris *4. Tusculan.* Similitèrque ceteri morbi, ut gloria cupiditas, ut mulierositas, ut ita appellem eam, quae Graecè φιλώγυνια dicitur, &c.

[**Philolaches**, *Plaut. Mofell. sc. 3. a. 1.* Volo placere meo Philolacheti. Alias Philolachi.]

**Philologia**, φιλώλογια, Eloquentiae studium. *Cic. Tironi*, Non est enim locus ita seiuñctus à philologia, & quotidiana *1. 2. &c.* *Idem Attic. lib. 2.* Non desicamus, ne opera & oleum nostrae Philologiae perierit: sed conferamus tranquillo animo.

**Philologus**, φιλώλογος, Studiosus eloquentiae. *Cic. ad Attic. lib. 13.* Ergo illam *ἀνδρὸν μολών*, in qua homines, nobiles illi quidem, sed nullo modo philologi nimis acutè loquuntur, ad Varronem transferamus. *Idem ad Quint. fr. at.* Nos enim ita philologi sumus, ut vel cum fabris habitare possimus.

**Philolaus**, φιλώλαος, Pythagoricus quidam philosophus, cuius tres libros Plato quum tenuit admodum esset pecunia, decem millibus denariis mercatus est. Quod pretium à Dione Syracusano acceperat. **Philolaus**, φιλώλαος, Corinthius ille qui leges Thebanis dedit, ex familia Bacchiadum fuerat: cuius Dioclis, qui Olympia vicit: sed cum ille ciuitatem desertisset, commotus ob amorem matris Alcinoe, Thebas migravit, atque ibi ambo defuncti sunt. Habitauit igitur ob huiusmodi causam apud Thebanos, quibus leges descripsit, & alia quaedam praecipue de liberorum procreatione, quam illi *τιμωριον* appellant. *Art. 2. Pol.*

**Philomela**, φιλώμελα, Nomen puellae Pandionis Atheniensis regis filiae, & sororis Prognis, Quae quum à Tereo compressa fuisset, tandem (ut est in fabulis) deorum miseratione in auem sui nominis conuersa est, quae & Luscinia dicitur, quam etiam nunc desistere dicunt cantu dulcissimo iniuriam quam passa est. *Martial. lib. 14.* Flet Philomela nefas incesti Tereos, & quae Muta puella fuit, garrula fertur auis. Animaduertendum hoc in loco est contra ac multi fabulam tradiderunt, existimasse Gorgiam Philomelam in hircaninem, Prognem sororem ipsius in lusciniam conuersam fuisse, quam etiam opinionem sequutus est *M. Varro*, Lusciniola, inquit, luctuosa canere existimatur, atque esse ex Antica Progne, in luctu facta auis. *Et Virg. Eclog. 6. quum inquit,* Quas illi Philomela dapes. *Petrus Victorius in 3. libr. Rhesor. Aristot.*

**Philomusus**, φιλώμουσος, Amator: siue amicus Musarum. *Martial. lib. 7.* Nolito nimum tibi placere, Delectas Philomuse, non amaris.

**Philopomenes**: siue Philopomen, φιλώπομενος *Suidae*, Megalopolitani, dux Achaeorum praestantissimus, Lacedaemonios & Messenios multis cladibus afflixit. *Plutarch. in Philopomene, Linius lib. 35.*

[**Philopolemus**, Est nomen Adolescentis. *In Capte Plaut.*]

**Philosophia** Amor & studium sapientiae. {φίλοσοφία *choekmahs* φιλώσοφια. *GALL.* Philosophie, amour de sagesse. *ITALI.* Amore di sapienza. *GERMAN.* Die gistsinne hebbhang der wiffheit. *HISPAN.* Amor de la sabiduria: & prudencia. *ANGL.* Philosophie, loue of wisdom.} *Cic. 2. Offic.* Nec quicquam aliud est philosophia, si interpretari velis, quam studium sapientiae. *Idem 3. de Orat.* Cognitione omnium optimarum rerum atque in iis exercitatio philosophia nominatur. *Idem l. de leg.* Ita fit ut mater omnium bonarum rerum sit sapientia, à cuius amore Graeco verbo φιλώσοφια nomen inuenit. Philosophia diuiditur in tres partes, in moralem, naturalem, & rationalem. Prima componit animum, secunda rerum naturam scrutatur, tertia bene differendi rationem docet. Moralisi Graecè *ἠθικὴ* dicitur, quae *ἠθικὸν* philosophiae sibi nomen vindicauit. *Cicer. 4. Tuscul.* Est profectò medicina animi philosophia. *Seneca.* Philosophia animum format & fabricat, vitam disponit, actiones regit, agenda & omittenda demonstrat. *Apuleius*, Disciplinam regalem appellat, tam ad bene dicendum, quam ad bene viuendum repertam. *Philosophiae physicae. Gell. cap. 38. lib. 2.* Non constat id inter Philosophias physicas. *Idem cap. 1. lib. 4.* Non dicitur philosophias. *Idem cap. 3. lib. 5.* Is enim philosophias docuit. ¶ *Philosophiae nigrae & torpentes. Seneca Epist. 49.*

**Philosophus**, φιλώσοφος, Amator sapientiae. {φίλοσοφος *choekmahs* φιλώσοφος. *GALL.* Philosophie, Amateur de sagesse. *ITALI.* Filosofo, amator di sapienza. *GERMA.* Ein hebbhabet der weiffheit: so ist auff die begibt. *HISPA.* Filosofo, amador de la prudencia & sabiduria. *ANGLIC.* A philosopher, a louer of wisdom.} quod nomen à Pythagora primum dicitur esse profectum, qui Sophista appellationem tanquam arrogantem re fugiens, philosophum se nominari voluit: post quem deinceps omnes sapientiae profectores hoc nominis sibi vindicauerunt. *Cicer. l. de Orat.* Philosophi denique ipsius qui de sua vi ac sapientia vnus omnia penè profectur, est tamen quae iam descriptio: ut is qui studeat omnium rerum diuinarum atque humanarum vim, naturam, causasque nosse & omnem bene viuendi rationem tenere & profequi, nomine hoc appellatur. *Idem 3. de*



Nat. deor. Autores rerum, non fabularum philosophi. Idem 4. Tuf. Magistri virtutis philosophi. Philosophorum genera & familias describit Cic. 3. de Orat. [Philosophi descriptio ex fronte & barba. Quintilian.]

[Philosophus, a, um: Gell. cap. 8. lib. 13. Homines philosopha sententia.]

Philosophicus, ca, eum, Quod ad philosophum pertinet. { φιλοσοφικός. GALL. Appartenant à philosophie. ITAL. Pertinente à filosofo. GERMAN. Das zu den Weisheiten der Weisheit gehörig. HISPANIC. Pertenciente à philosopho. ANGLIC. Belonging to a philosopher. } Cic. 5. Tusc. Ad Brutumque nostram hos libros alteros quinque mittimus: a quo non modo impulsus sum ad philosophicas scriptiones, verum etiam læcessiti.

Philosophaster, φιλοσοφαστήρ. Philosophorum imitator, qui philosophiam à limine salutavit.

Philosophor, aris, φιλοσοφία. GALLIC. Etudier en philosophie, philosopher. ITAL. Studiare in filosofia, filosofare. GERMA. Sich die Weisheit beschaffen, von Sachen der Weisheit und Philosophie reden und disputieren. HISPANIC. Estudiar en filosofía, filosofar. ANGLIC. To study and give diligence in philosophy. } Sapientia studeo, vel philosophor, more discepto, rectam vitam bene instituendæ ratione, vel rerum naturas perscrutor. Cic. lib. 1. de Natur. deor. Et quum minime videbamur, tum maxime philosophabamur. Idem 2. de Orat. Ac sic decrevi philosophari potius (ut Neoptolemus apud Ennium) paucis, nam omnino haud placet. Plant. in Pseud. [sc. 3. a. 2.] Certa amittimus, dum incerta petimus: atque hoc evenit. In labore, atque in dolore, ut mors obrepat interim. Sed satis est philosophatum nimis diu, & longum loquor. [Id dicitur de seruo qui sententias loquutus est. Idem ibidem sc. 2. a. 4. Salus sum: iam philosophatur. Idem Capt. sc. 2. a. 2. H. Pater vivitne. P. Id Orcum scire oportet. T. Philosophatur quoque non modo mendax est.]

Philostorgia, φιλοστοργία. A Græcis dicitur indulgentia, amorque vehementer parentum in liberos, verum voces huiusmodi quæ neque Latinis scriptoribus sunt usitata, neque nostris literis scribi consueverunt, rectius in Græcum Dictionarium reiciuntur. Quare non immerito plerumque id genus (quæ huc non paucæ nullo iudicio erant insertæ) abiecitimus, & veluti nothas ex aliena familia segregavimus: idque eodem iure quo Latinas à Græcæ lexico eximeremus.

PHILOSTRATUS, φιλοστράτης. Lemnius philosophus; tempore Severi principis Romæ claruit, cuius uxori fuit ab epistolis. Scripsit Vitæ sophistarum ad Scuerum, & de Vita Apollonij Tyanci libros octo, præterea Heroica. Philostratus, huius pater, Athenis docuit Neronis tempore: scripsit panegyricos plures, & declamationes oratoribus valde probatas, compluraque alia quæ à Suida commemorantur. Philostratus tertius, superioris filius, docuit Athenis: scripsit Panathenæicum, Troianum, Paraphrasim Homericæ clypei: Iconasque quas huius multæ acceptas referunt. Suid.

Philothēōrēs, pen. prod. φιλοθεορίαι, Speculationi deditus. Cic. Trebatius 1. 9. Deinde quod in Britannia non nimis te philotheorum præbuiti planè non reprehendo.

PHILOXENUS, φιλοξένος, Hospitalis, quo nomine dictus est poeta quidam Lyricus, qui quum sibi Dionysius tragædiam quandam castigandam commisisset, ducta linea à capite ad calcem totum opus damnavit: quapropter in latomias coniectus est, indeque Tarentum aufugit: Dionysioque se per literas revoeanti, nihil aliud quam monosyllabum rescripit, sæpius reperitum. Autor Suidas. Fuit etiam hoc nomine parasitus quidam, qui collum grævis sibi optabat, quod diutius cibi, potusque delectatione frueretur. De hoc Philoxeno tradit Plutarchus, & Athenæus eum solitum esse conviviis adhibitum, se in parteria emungere, ut reliquis rei fœditate abhorrentibus, solus epulis frueretur. Idem etiam traditur de Gnathone quodam Siculo. Philoxenus, Eretrienis pictor, Nicomachi discipulus, cuius tabula nullis postponenda Cassandro regi picta, continuit Alexandri prælium cum Dario. Idem pinxit & Lascivium in qua tres Sileri commessabantur. Hic præceptoris celeritatem sequutus, breviores etiamnum qualdam picturæ vias & compendiaras invenit. Verba sunt Plin. lib. 35. cap. 10. Philoxenus Grammaticus Alexandrinus, Romæ scripsit de monosyllabis verbis. De Hellenismo, De linguarum dialectis & alia. Suid.

Philtum, tri. φιλτήριον. GALL. Poison pour faire aimer. ITALIC. Veneno che induce ad amare. GERMAN. Ein buten suppet, ein spris oder erand so ein but dem anderen guessen oder zu trincken gibet/ in su vnfinniget hottschafft jubringen. HISPAN. Los echisos. ANGL. A drink, or any such thing wick cause love. } Pharmacum amorem concilians. (Cicer. Amatorum poculum appellat) hoc est quicquid eo animo edendum bibendumve datur alicui, ut inducatur ad alterius amorem: qualia nonnulla commemorantur à Plinio: quæ tamen pleraque omnia ingerendæ potius insaniz, quàm conciliando amori videntur convenire. Ovidius, eorum usum vehementer dissuadet lib. 2. de Arte. Nec data profuerint pallentia philtura puellis: Philtura nocent animis, vimque furoris habent. Per triastationem philturam accipimus pro corporis totius venustate, habitu, dignitate motumque comitate oculis hominum ita grata, ut solo aspectu mire gratiam ab omnibus quis facile possit. Galli sua lingua Gramiam, appellant.

Philyra, φιλύρα. GALL. Teuil, ou tilleul. ITAL. Tiglio. GERMANIC. Ein lindenbaum. HISPANIC. La teja arbol. ANGLIC. Athinne skinne betwene the bark and the tree a leaf or shed of paper. } A Græcis dicitur arbor, quam Latini tiliam vocant. Plin. stem lib. 16. cap. 14. Philyram vocare videtur membranam tenuissimam inter corticem & lignum tiliæ arboris, ex qua coronarum lemniscis conficiebantur. Inter corticem, inquit, & lignum tenues tunicas multiplici membrana à quibus vincula tiliæ vocantur tenuissimæ earum philyræ, coronarum lemniscis celebres, antiquorumque honore.

[Ovid. lib. 5. Fast. Ebrius incinctis Philyræ convivia capillis salvas.] Accipiuntur etiam philyræ pro membranis papyri, vel aliarum arborum, in quibus olim scribebatur. Martian. de Nupt. Philolog. Libri in philyra cortice subnotati. Plin. l. 13. Præparantur ex eo chartæ diuise acui in prætenues, sed quàm latissimas philyras. Alia exemplaria habent philyras, quod in idem recidit. Multæ enim sunt Græcæ dictiones, quæ apud Latinos indifferenter scribuntur per y vel u. Solebant enim prisca Latini qui peregrinas literas non admittebant, loco y, scribere u. PHILYRA, est etiam proprium nomen filiz Oceanæ, ex qua Saturnus in equum conuertens Chironem Centaurum dicitur suscepisse: qui à matre Philyrides, & Philyreus dicitur. Scribitur autem hoc nomen & eius deriuata simpliciter. Poetæ tamen suo iure ut primam syllabam extendant, geminant hanc consonantem. Ovid. l. 1. de Arte amandi, Philyrides pærum cithara perfecit Achillem.

Phimosus, φήμος. Dicitur, quum glans membri virilis ita tegitur præputio, ut nudari non possit. Dicta φήμος, sed τὰ εἶμα, quod nexum in superiore parte sacci significat, quum scilicet totius sacculi oris ambitus funiculo colligatur. Est & phimosus, vitium huic profus contrarium, quum præputium semel deductum, suum in locum reduci non potest: quod vitij genus etiam ἀεφίμως appellatur.

PHINEVS, φήνεις, Agenoris fuit filius, ut Hellenicus ait; ut Hesiodus, Phœnicis & Cassiopeæ, Agenoris nepos, frater Cilicis Dorici, & Atamini, Hic rex Arcadiæ: vel ut alij Thraciæ: vel ut rursus alij, Paphlagoniæ uxorem duxit Cleopatram, (quam quidam Sthenobeam vocant) ex qua genuit Orythum, & Crambum, ut Sophocles: ut alij, Mariandynum & Thyaum: vel ut rursus alij, Paleonem & Phinea, quibus mortua priore coniuge Cleopatra, Harpalyce Calais & Zethæ sororem, nouercam superinduxit: quanuis Flaccus non Harpalyce, sed Cleopatram Boreadam sororem appelleret: cui etiam Apollonij interpretas assentitur, qui libro 1. Phineum Cleopatram Boreæ & Orithiæ filiam uxorem duxisse tradit, secundam verò Ixam Dardaniam filiam nouercam superinduxisse: cuius iussu filios ex Cleopatra susceptos excecavit. Quapropter & ipse excecatus est à diis, cum Harpyiæ contra eum missæ, quæ cibos & mensam eius turpissimè fœdarunt. Postea verò aduenientibus ad ea loca Argonautis à Calai & Zethe fratribus alatis, rursus ad Strophades insulas fugatæ sunt: vide supra CALAIS. Postremò ab Hercule interfestus dicitur, quum is in saltudine liberos Phineei offendisset excecatos, compersissetque eos columiniis nouercæ ciectos fuisse, &c. Phineus alius fuit, Cephei frater, qui quum promissam sibi Andromedam filiam fratris, à Perseo, cui ex pacto postea nupserrat, repeteret, ab eodem Perseo in marmorandum fuit visa facie Medusæ. Vide Ovidium lib. 5. Metamor. Fuit & alius Phineus Atheniensis in aeuum mutatus, ut idem Ouidius refert lib. 7. Metam. quem iustissimum vocat.

Phineus, a, um, apud Senec. & Phineius, a, um, apud Virg. l. 3. Æn. quas dira Celæno Harpyiæque colunt aliz, Phineya postquam Clausa domus, mensasque metu liquere priores, &c.

PHISON, φήων, teste Ioseph. lib. 1. capit. 2. Vna est ex partibus magni fluminis in omnem terram vndique profluentis, quod paradisi irrigatur, qui deductus in Indiam pelago latè diffunditur. { GERMAN. Der Fluss Donges in India. } A Græcis nuncupatur Getha: alij Gangem interpretantur, alij Nilum.

PHLA, insula est in Tritonide Africa palude, de qua sic Herodot. lib. 4. Aiunt laconem posteaquam sub Pelio Argo exadificauit, impositis in ea cum aliis solennibus hostiis, tum verò tripodem æreo, circumiisse Peloponnesum, animo Delphos eundi: eumque quum teneret cursum circa Maleam, abreptum a vento Aquilone & abductum in Africam: & priusquam tellurem cerneret: in aspretis paludibus Tritonidis astutisse, & que hæstanti de egressu apparuisse Tritonem, ac iussisse sibi dari tripodem, quod diceret ostensurum se illi exitum, atque incolumen remissurum.

PHLANONITES, φηλανωνίται, Stephan. Populi sunt Illyrici, à quibus nomen sinui est inditum, quem modò nauæ Quernarium appellant, alij Carnarium propter naufragia, procelloso semper transitu. In recessu eius Senia vibs, cuius à tergo specus sunt, vnde vehementes nulla ferè non hora venti perflant, eaque res insanam eum sinum reddidit. Dicta Phlanonites ab oppido Phlanone, vnde sinus omnis hic Phlanoniticus, φηλανωνικός. Stephan. vocatur: qui à Pola colonia Iaderam vsque diffunditur.

Phlebōtomia, φλεβοτομία. GALL. Saignee. ITALIC. Il salasso, salasso. GERMAN. Ubertassung, öffnung der aderen. HISPAN. El sangrar, Cortadura de vena. ANGL. The cutting of a vaine. } Incisio venæ quæ fit ad sanguinem minuendum sedandi feroris gratia, φλέται enim dicunt Græci quas nos venas, & αἷμα incidere.

Phlebotomon, φλεβοτόμος. GALLIC. Lancette. ITALIC. Lancetta. GERMAN. Ein laseisen oder steyn. HISPAN. Lanceta para sangrar. ANGL. A knife to herwith, a peine is cut. } Scalpellum quo vena secatur.

Phlegēthōn, θόντις, φλεγέθων, Fluvius inferorum, à immis æstuantibus rapidus: φλέγων, ardere. { GERMANIC. Ein eis auf den steyl schen flussen. } Virg. 6. Æn. Quæ rapidus flammis ambit torrentibus amnis Tartareus Phlegethon, torquetque sonantia saxa. Hinc Phlegethontes, a, um, penultima producta. \* Et Phlegethontis iudis, scæni. gen. Ouid. 5. Metam. Sparsumque caput phlegethontide lymphæ.

Phlegmātis, φλέγμα. GALL. Flegme, ou fleume. ITALIC. & HISPAN. Flegma. GERMAN. Die schleim: oder auch roth in dem menschen teib. ANGLIC. Fleuma, sneuil. } Humor est in corpore animalis frigidus & humidus, quem Latinæ pituitam vocamus. Hinc & Phlegmatici dicuntur, in quibus humor hic cæteris præponderat.



Phlegmone, es, φλεγμων, Inflammatio alicuius partis proficiens ex intemperie primarum qualitarum cum affluxu materię calidę & humidę hoc est sanguinis.

Phlegon, φλεγων. Vnus ex equis Solis, xpī n̄ φλεγων, quod est ardere, dicitur. Ouid. 2. Metam. Vide ATHON.

Phlegontis, huius phlegontidis, φλεγοντις, Gemma: genus quod flamma quędam intus ardere videtur. Plin. lib. 37. c. 11.

Phlegra, a, vel Phlegre, es, φλεγρα, Vrbs Macedonię, teste Plin. lib. 4. cap. 10. & vallis circa hanc urbem in qua Gigantes olim cum diis conflixerunt.

Phlegra, φλεγρα, Campi duo fuere, alter in Gręcia, a Phlegra Thessalię valle iuxta Pallenem, vbi Gigantes cum diis conflixisse traduntur. Alter in Campania prope Cumas, in quo Hercules cum his pręlium commisit. Strab. lib. 5. Fortunatus erat & campus nomine Phlegręus, in quo res a Gigantibus gestas fabulę diuulgat, nullam aliam ob causam (vt credi fas est) quęm quod terra ipsa suapte virtute pręliorum conciliatrix esset. Theagenes vero & Eudoxus qui ad historicam fidem pugnam hanc conantur reducere, Pallenem (inquunt) quę veteri nomine Phlegra vocabatur, homines tenuerunt, quibus immanitas & superbia morum, Gigantum cognomen peperit. In hos inuente pręlium Hercule, fulmina de cęlo missa sunt, donec ij fugere coacti sunt, atque ingenti victoria superati. Ex hac re rumor in vulgus ortus, Gigantes bellum diis mouisse. Silius lib. 12. Tradunt hercule prostratos mole Gigantes Tellurem iniectam quaterere, & spiramine anhelos Torreri latę campos, quotiesque minantur Ruinere compagem impositam & pallefcere cęlum. Id autem ideo fictum est, quoniam ea regio tota sulphure plurimo scatur. Hinc fit vt ventorum impulsu existeret passim ignis: qui quęm exitum dē cauernis natura experat, dum iactatur alfidue, terram tandem quatit & commouet, exuritque frequenter vnde & nomen sortitur, φλεγων enim Gręcę exurere ardereque significat.

Phlegreus, φλεγρεός. Vnus ex Centauris, Ixionis & Nubis filius apud Ouid. 1. Metam.

Phlegyas, φλεγυας, Martis filius, rex Lapitharum in Thessalia, pater Ixonis, & Coronidis nymphę, quę quęm ab Apolline vitiatam sensisset, confestim ira percitus: templum eius Delphis incendit. Quapropter Apollo iratus ipsum sagittis interfectum ad inferos detrussit, vbi hac pęna afficitur, vt sub ingenti saxo, ruinas minantem sedens semper, illud casurum suspicetur & timeat. PHLEGYAS item populi sunt insulani Thessalię, a Phlegya Ixonis patre cognominati. Hi cum sacrilegi essent, deosque & homines spernerent, ab irato Neptuno immenso diluuiio submersi sunt, quorum apud inferos meminit Virg. l. 6.

- sedet, æternūque sedebit.  
Infelix Theseus, Phlegyasque miserimus omnes  
Admonet, & magna testatur voce per umbras,  
Discite iustitiam moniti, & non temnere diuos.

Phlegos, φλεγος, cęcis, Dioscoridi, Herba est caulem habens aculeatum, & folium hilpidum, quęm nonnulli stęben appellant. Auctor Plin. lib. 20. c. 15. Hermod. in Diosc. l. 4. c. 14. indicat Phleon dictam xpī n̄ φλεγων, quod est secundum esse, quod in Orchomenio lacu copiosissimę proueniat.

Phlius, untis, φλιος, Vrbs in medio Sicyonij, Argiuęque agri, vbi religiosissimę colebatur Hebe. Auctor Strab. lib. 8. Oppidi huius incolę Phliuntij, Phliusij, & Phliasij dicuntur: regioque circumiecta Phliasia, antea Erethya dicta, teste eodem Strabone, loco iam citato.

Phlox, phlogos, φλοξ, Floris genus, solo placens colore, odoris prorsus expertis: ita dictum vt suspicor, a colore flammę, quęm Gręci φλογος appellant. Plin. lib. 21. c. 10. Colore tantummodo placet Iouis flos, odor abest, sicut & ille qui Gręcę φλογος vocatur.

Phlyctęnę, φλυκταινες, GAL. Boutons. ITALIC. Brossole, histrix. GERMA. Wulsen oder porpsten in denen wasser oder etter wachst. HISP. A. Postillas. ANGLI. wild ster or blisters. } Pustulę sunt maiores, pallidę, liuidę, aut nigrę, aut alterius coloris a naturali recedentis, humorem in se continentes, quę vbi rumpuntur, infra caro quędam exulcerata apparet. Gignuntur autem vel ex igni, vel ex frigore, vel ex medicamentis: vt tradit Cels. libro 5. capit. 28. dictę Phlyctęnę. xpī n̄ φλυκταινες, quod est bullire, siue bullas facere.

Phobotor, huius Phobetoris, φοβητορ, filius Somni, apud Ouid. 1. Metamorphos. - at alter Fit fera, fit volucris, fit longo corpore serpens: Hunc Icelon superi, mortale Phobetora vulgus nominat. Dicitur est Phobetora, a Gręco φοβος, id est perterrefacere: Icelos autem, quia omnium animantium formam inducere possit, est enim iualos similis.

Phocę, φωκεια, Bellua marina, corio & pilis tecta, per somnum mugiens, vnde & vitulus marinus appellatur. Coit canoni more, paritque in terra terrestrium animalium ritu. Virgil. lib. 4. Georg. - & turpes pascit sub gurgite phocęas. Plinius libro nono, capite septimo, Et vituli marini, quos vocant phocęas, spirant, & dormiunt in terra.

Phocęa, Phocęarum, Insulę sunt Crete adiacentes, vt ait Plin. lib. 4. cap. 13.

Phocęa, φωκεια, Vrbs Ionię, Atheniensium colonia, teste Strabone lib. 14. vnde profecti sunt qui Massiliam apud Gallos non procul a Rhodano condidere. Dicta Phocęa, quod vituli marini magno numero apparuissent urbem condentibus. } Est etiam Carię Phocęa, monti Mycalę apposita: ab hac Phocęenles, φωκεις, vt a Gręcorum Phocide Phocęenles φωκεις. } Ab vtraque Phocęicus, cęcum, vt Murex Phocęicus, Litus Phocęicum.

Phocęi, φωκεις. } GERMA. Ute videret in Jonta. } Ionię populi, qui assiduis Persarum bellis exagitati communij consensu patriam reliquerunt, dixisque execrationibus se deuouerunt, siquando eodę redire conarentur. Varia de iade fortuna vsi, tandem in Galliam

delati sunt, vbi Massiliam condiderunt. Horatius, Nulla sit hac potior sententia Phocęorum. Velut profugit execrata ciuitas. Vide Erasmus in prouerbio, Phocęensium execratio.

[Phocęus, id est, Pylades. Ouid. 4. lib. 1. Trist. Et Eleg. 4. lib. 4. ibid.

Phocęas, φωκεις, Romani imperatoris, item celebris Grammatici nomen.

Phocęasia, φωκεια, Insula est in mari Ægęo ex aduerso Atticę, cuius meminit Plin. lib. 4. cap. 12.

Phocęa, φωκεια, Vrbs Bœotię, ad sinum Oeteum: cuius meminit Ptolemaeus lib. 3. cap. 15.

Phocylides, πε. cor. φωκυλιδης. Milesius philosophus æqualis Theognididis. Natus est quinquagesima nona Olympiade. Scripsit Heroicum carmen & Elegias, item Paręneticum carmen, ex libris Sybillinis, vt volunt, decerptum, Vide Suidam.

Phocion, φωκιων, Cuius Atheniensis tanta vitę integritate, vt quęm magnas sibi opes ex magistratibus, qui plurimi ei deferebantur, posset comparare, pauperimus tamen permanserit: vnde & xpī n̄ φωκεις, hoc est probi, siue frugi cognomen inuenit. Hic neque iudicare, neque lacrymare ab illo vquam est visus: & in coniectione quęm quis dixisset, Cogitabundus videris a Phocion. Rectę, inquit, coniectas, Cogito enim qua ratione aliquid de his detrahere possim, aut omittere quę apud Atheniensem populum dicere decreui. Huic quęm legati Philippi Macedonum regis ingentia munera offerrent, hortarenturque vt ea acciperet, admonenteque simul, quauis ipse facile his careret, liberis tamen eius esse necessaria, quibus difficile foret in summa paupertate ad paternam gloriam peruenire. Si mei, inquit, similes erunt, idem hic agellus alet illos, quęm ad hanc dignitatem perduxit: si dissimiles, nolo meis impensis illorum alij augerique luxuriam.

Phocęidis, φωκεις, Exigua Gręcię regio, simul Crisfæo adiacens, Delphico oraculo, & Heliconę Parnassoque montibus inclita.

Possideo, possides, in Pand. In dominio, seu potestate mea habeo, ex Antiquo nomine pos, quod potentem significabat, & verbo sedeo, vt possidere dicatur, qui potest sedere, id est, sedem atque habitationem suam aliquo in loco collocare. { ירש יארשכח אחר } ירש kanah. ירשתי, ירשתי. GAL. Posseder. ITA. possedere. GERM. Besitzen. HIS. P. Posseder. ANGL. To possess or haue. Plaut. Mostel. sc. 1. a. 1. Is nunc in aliam partem palmam possidet. Idem in Aulul. Multos annos est, cum hanc demum possideo atque colo. (loquitur Lar.) Idem in Amphitr. Meam imaginem possidet, (id est gerit. Ouid. Eleg. 4. lib. 4. Trist. Nec mihi detracta possidet alter opes. Iniuria es, falsum nomen possidere postulas. Plaut. Milit. sc. 1. a. 2. Terent. in And. Quæ illius fuerunt, possidet. Idem in Adelph. Quid hoc rei est? regnumne Æthiæ hiatu possides? Cic. pro Quint. Omnia autem bona possilla non esse constitui, quod bonorum possessio spectetur non in aliqua parte, sed in vniuersis quæ teneri ac possideri possunt. Idem ad Att. l. 2. Si mentionem fecerint quo aliter agor possideatur. Possidere bona publicè, est quod in manu regia ponere dicimus. Cuius locutionis exemplum habes apud Cicer. in Philipp. Ita que non assentior fortium, sed etiam gratias ago Qu. Fustio, dixis enim seueram, grauem, Republ. dignam sententiam: iudicauit hostem Dolabellam, bona eius censuit publicè possidenda Badius.

Possellus, sa, sum, particip. { ירש יארשכח אחר } ירשתי. GAL. Possedé. ITA. posselluto. GERM. Besessen. HIS. P. Possedido. Ouid. 1. Amor. Eleg. 2. Et possella ferus pectora versat amor. Possidere bona ex edicto, est per adiudicationem, siue per decretum.

Possellus, us, ui, Possellio, אחרונה. Apul. Apologia, Nam & contra plurimis rebus possessu careo, vsu fruor.

Possessio, possessionis. In Pand. Est actus, siue ipsum ius possidendi. { ירשתי יערשכח. אחרונה } אחרונה, אחרונה. GAL. Possession. ITA. Possessione. GERM. Ein besitzung. HIS. P. Possession. ANGL. Possession. [Quintilianus, in possessione earum rerum est Philosophia. Et Suet. in Tib. cap. 10. loco & quasi possessione (id est vsu) quia longo tempore possederat secundum gradum.] Cic. 2. Offic. Quinquaginta annorum possessiones mouere, iniquum putabat. Item pro Quintio, Bonorum possessio spectatur, non in aliqua parte sed in vniuersis quæ teneri & possideri possunt.

Possessio fiducia, quæ ea conditione nobis traditur vt eam alteri postea restituamus. Liu. lib. 32. Nabidi eam tyranno velut fiduciarium (subaudi ex superioribus, possessionem) dare optimum visum, vt victori sibi restitueret: siquid aduersi accidisset, sibi haberet. Interdum possessionis nomen intelligimus fundum, siue agrum, aliamve quamuis rem immobilem. Cicer. in Casil. Qui magno ære alieno maiores etiam possessiones habent. Idem in Parad. Etenim si isti callidi rerum æstimatores, prata & areas magno æstimant, quod ei generi possessionum nemo nocere potest, &c. Cic. ad Valer. Is habet in Volaterrano possessionem. Vide Possideo.

[Possellu careo, vsu fruor. Apol. ( id est possessione. )]

Posselluuncula, diminutiuum. { ποσειδωνια, ποσειδωνια } GAL. Vn petit heritage, petite possession. ITA. Picciola heredita. GERM. Ein etzne besitzung. HIS. P. Pequenna heredita. ANGL. A little heritage or possession. Cic. ad Att. l. 13. Credas mihi velim maiori offensionis esse quam delectationis, posselluunculas meas.

Possessor possessoris, Qui possidet. { ירשתי יארשכח אחרונה } ירשתי. GAL. Possesseur. ITA. Possessore, possessore. GERM. Ein besitzer. HIS. P. Possedor, o que posee. ANGL. That enioyeth or possesse. b. Liu. 3. ab vrbe, Ita sine querelis possessorum, plebem in agros ituram, ciuitatem in concordia fore. Virg. 9. Eclog. Quod nunquam veriti sumus vt possessor agelli Diceret, Hæc mea sunt, veteres migrate coloni.

Possessorius, ad possessionem pertinens. Iauolenus D. l. 3. Tit. 1. l. 2. Ego puto vsu eius viris pro traditione possessionis accipiendum esse. Ideoque interdicta veluti possessoria constituta sunt.

Possessoria, possessricis, scæmin. { ירשתי יארשכח אחרונה } ירשתי. GAL. Possessoria. APUL. Aferanium, referente Nonio.

Posselliuus, possessiua, possessiuum, vt nomen possessiuum, quo res possessa significatur. אחרונה. vt Euandrius enus, qui ab Euandro possidetur: Edes regiz, quas rex possidet.

POSSIDIVM, vide POSIDIVM.



**P**ossūm, potes, potui, ex pos & sum, Quasi pos sum, id est potens sum, pos enim antiquis erat potens. { 713 } *jaehól, duwaps. GAL.* Pouvoir, avoir puissance. *IT AL. Potere. GERM. Mogen. HISP. Poder. ANGL. To may, to have power.* Constructur quandoque cū ablativo. *Liv. lib. 10. ab Vrbe.* Pecunia deinde qua multum poterant freti, socios ex hostibus facere Gallos conantur. Habet aliquando post se accusativum, sed hoc non nisi per subauditio- nem alterius verbi. *Virg. 8. Eclog.* non omnia possūmus omnes. subaudi facere, vel præstare. Sæpius ponitur sine casu. *Plaut.* Non hic ut possit edi: led posse cupit, ut edat. [ *Item;* Non omnes possunt olere vnguenta exotica. *Plaut. Mostell. sc. 1. a. 1.* Nunquam possūm referre gratiam. *Plaut. Mostell. sc. 1. a. 1.* Vivere hic non possūm nec durare vilo modo. *Plaut. Men. sc. 2. a. 5.* Puto me posse facere officium meum, id est conabor & efficiam. *Plaut. Pseud. sc. 3. a. 1.* Ridiculè de Lenone, qui facilè faciat. Pro se quisque id quod potest & valet. edit. *Plaut. Amphitr.* Possūm, obsecra in significatione, apud *Martia. Epigram. 98. lib. 11. & Pseud. sc. 1. a. 3.* Neque ego illud possūm, quod illi, qui possunt, solent. Possiē es, & *Plaut. Men. sc. 1. a. 5.* Vrinam efficere quod pollicitus, possies. *Et, Mostell. sc. 1. a. 1.* Comesse quemquam absentem, ut quiquam possiet. *Item* Quantum potes, & potest. *Vide Quantum.* ] Potitur aliquando pro valere, & bene habere. *Uyia rev. Ciceri. i. Tusc.* Nihil enim dilato nisi pes, possunt oculi, potest caput, latera, pulmōnes, possunt omnia. Dicimus venustè, Potest fieri, pro possibile est: Non potest fieri, pro impossibile est. Aliquando solum potest ponitur, nec exprimitur fieri. *Plaut. in Pseud.* Potest ut alij ita arbitrentur, ego ut ne credam tibi. *Cicer. ad Lentulum,* Poterat vtrunque præclarè, si esset fides, &c. id est vtrunque poterat fieri. Iungitur interdum accusativus cum præpositione apud, & valeo significat: ut, hic apud principem plurimum potest, hoc est valet, vel habet magnam auctoritatem apud principem. *Cicer. 3. Verr.* Loquebantur enim decumani palam, & præter cæteros is qui apud istum plurimum poterat, &c. \* Potin' pro Potestne. *Plaut. Amph.* Potin' es ut abstineas manum? *Terent. And.* Potin' es ut desinas?

**P**otestūm, Veteres dicebant quod postea possūm. *Terentius in Eunuch.* At pol ego amatores audieram mulierum eos esse maximos, sed nihil potesse. *Plaut. in Aut. sc. 1. a. 2.* Censen' talestem magnum exorari potesse Ab isto sene? [ *Idem Pseud. sc. 2. a. 5.* Credo te potesse ebibere. *Plaut. Men. sc. 2. a. 4.* Cen sebas te istæc flagitia potesse facere clanculum, & *Pseud. sc. 1. a. 1.* Interpretari alium potesse neminem. ]

**P**otestur, pro potest, Frequens apud antiquos, *Nonio teste. Vacuu.* Si qua potestur inuestigari via. *Lucr. l. 3.* Quod tamen expleri nulla ratione potestur.

**P**otens, tis, Tam participium quàm nomen, à possūm. { *duwaps. GA.* Qui peut, puissant. *ITA. Potente, che vale assai. GERM. Vermögen/ mechtig. HISP. Poderoso/ sennor. ANGL. That hath power or is able.* [ *Ovi. Eleg. 4. lib. 3.* Nam quamvis soli possunt prodesse potentes, &c. ] Sed quando participium est, tempus significat, & accusativus iungitur, vel verbo infinito, nec comparationem accipit: ut multa potens, potens pugnare. Quando verò nomen caret tempore, & genitivo iungitur, & comparationem accipit. *Liv. lib. 26.* Dum liber, dum mei potens sum, effugere morte, &c. *Cicero Attic. lib. 2.* Potentissimorum hominum contumaciam nunquam tuli. Duo reges potentissimi, apud eundem pro *Lege Manilia.* Potens imperij, qui imperium obtinet. Potens regni, id est regno maturus. *Liv. Invenem iam esse dictitans, ac regni potentem. Idem 8. ab Vrbe.* Inter sarcinas obiaceates, neque pugne neque fugæ satis potentes, cæduntur. [ *Velleius:* iam decem legionum potentes erant. *Ovid. 1. Fast.* Sæpè potens voti fronte redimita coronis. *Ibidem 5. Fast.* Fitque potens voti, marsque creatus erat. Potentes maris Romani. *Livius. i.* in quorum potestate esset mare. Potens rerum *Sueton. in Cas. cap. 71.* ] Potens viri virgo, id est nubilis, & viro matura. *Divia potens vteri. Ovid. 9. Metamorph.* Illithyam intelligit quam Latine nos Lucinam vocamus. Potens cum ablativo, *Virg. 1. Aeneid* Terra antiqua, potens armis, atque vberè glebæ. *Ovid. Epist. 13.* Classe virisque potens. [ Potentiorē facere linguam Latinam. *Quintilian. cap. 9. lib. 1.* Nobilitate potens essem. *Ovid. 13. Metamorph.* ] Potens substant. *Lucan. l. 1.* Ausus & armatos plebi miscere potentes. *Cic. pro domo sua,* Iraque quam tu florens & potens pro mediū forum popularis volitares, &c. Xim potens, de quo suo loco. A quibus potentia, & im potentia, potenter, & impotenter.

**P**otenter, adverbium. { *ixupac, duwaps. GAL.* Puiffamment. *IT AL. Valerosamente, con forza. GERM. Vermächtigt/ vermögentlich. HISP. Poderosamente. ANGL. Mightly.* } *Horat. in Arte,* cui lecta potenter erit res. [ Et vtiliter & potenter ad efficiendum dicere. *Quint. Idem.* ] *Quint. l. 4. c. 14.* Quod in altercatione sit potentius.

**P**otentia, æ, Potestas, siue vis. { *713* } *jaehôleth 713 ehóach. duwaps. GAL.* Puiffance, force, autorité. *IT AL. Potenza, possanza/ forza. GERM. Macht/ vnd gewalt/ vermögenheit. HISP. Potencia. sennorio. ANGL. Power, might.* } *Virg. 1. Georg.* Ne tenues plauiz, rapidiye potentia solis Actio: &c. Crebro pro autoritate, & opibus vsuipatur. *Cic. 2. de Inuent* Potentia est, ad sua conseruanda, & al terius obtinenda idonearum rerum facultas. Differunt autem secundum *Pri- scianum,* Potentia, & potestas: quod potestas magis pro vi accipitur, potentia pro dominatione. *Cicer. 3. Offic.* Qui omnia certa & honesta negligunt, dum modo potentiam consequantur. *Plin. Epist. 7. lib. 3.* Fuit inter principes ciuitatis sine potentia, sine inuidia. [ *Velleius:* Potentia sua nunquam ad impotentiam vsus Pompeius. *Idem.* Ferrum in omni corpore exhibet secandi

potentiam. *Senec. cap. 7. de Consol.* Fortuita potentia. *Ibidem cap. vlt.* Ille Deus, bene quo Romana potentia nixa est. *Ouid. Eleg. 2. lib. 5. Trist.* ]

**P**otentatus, us, Potentia, principatus. { *713* } *schilón. duwaps. GAL.* Domination, autorité. *IT AL. Potensato. GER. Ein gewalt oder herrschafft/ der stande der gewaltigen. HISP. Sennorio, potencia. ANGL. Power, autoritie.* } *Cas. l. bell. Gall.* Hi quum tantopere de potentatu inter se multos annos contenderent, &c. *Liv. 6. bell. Pun.* At ille cum ab re auersus, cum æmulo potentatus inimicus, rem Annibali aperit.

**P**otestas, tis, à verbo possūm deducitur. { *713* } *ehóach 713 schilón. duwaps. GAL.* Puiffance, seigneurie. *IT AL. Potenza. GERM. Gewalt. HISP. potencia, sennorio. ANGL. Power, lordship, might.* } & multa significat, ut *Paulus inquit. l. v. testatu. de Verbor. signific.* Nam in persona magistratum, imperium significat: in persona liberorum, patriam auctoritatem: in persona seruorum, dominium. At quin agimus de noxæ deditio- ne cum eo qui seruum non defendit, præsentis corporis copiam & facultatem. Potestates etiam ipsi dicuntur, qui potiunt rerū, atque in potestate constituti sunt, quos Græci *duwaps.* vocant, & hi qui magistratus gerunt, & habent merum imperium, hoc est gladij potestatem, ut aiunt, ad animaduertendum in facinorosos homines, & iudicij præstant. Vnde non ineptè Prætores vrbis, vulgò nunc potestates dicuntur. *Suet. in Claud.* Iurisdictionem de fideicommissis, quotannis & tantum in vrbe delegari magistratibus solitam, in perpetuum; atque etiam per provincias potestatibus demandauit. *Plinius lib. 29. capite 4.* Pingue draconum in pede dorcadum neruis ceruinis adalligatum in lacerto, victoriam iudiciorum conferre existimant: primum spondylum, aditus potestatum mulcere. Potestas pro magistratu & Tribunatu. *Livius 6. ab urb.* Et potestate transacta (id est finito Tribunatu.) *Sueton. in Aug. ca. 40.* Et potestates summae (de Regibus) *Idem in Neron. cap. 36.* *Item Iuuenal. Satyr. 10.* ] Potestas item pro consilio & ratione. Hinc exire aliquem de potestate dicimus, mentis impotem fieri. *Item in vrbe, ut apud Ciceronem 4. Tuscul.* Iratos proprie diximus exisse de potestate, id est de mente & consilio esse deiectos. Varius est huius vocis vsus. Dicimus eam, dare potestatem alicuius rei cupiam. Deferre alicui alicuius rei potestatem. Facere potestatem: Facere potestatem alicuius adeundi, & conueniendi. Habere potestatem alicuius rei: Habere aliquem in sua potestate. In potestate alicuius esse: id est alicui obtemperare, & eius consilium sequi. Non solum eorum est, qui coacti parent, sed qui sua sponte, & tanquam auctorem rerum sequuntur, quas gerunt. Permittere potestatem alicui alicuius rei. Peruenire in potestatem alicuius. Ponere quippiam in potestate alicuius. Priuare potestate aliquem quicquam facienda. Reddere potestatem alicui alicuius rei. Redigere aliquem in suam potestatem. Redire in potestatem. Sub potestate alicuius esse. Suscipere in potestatem. Dimittere ex potestate. Tenere aliquem in sua potestate. Tradere potestatem alicui alicuius rei. Venire in potestatem alicuius. [ *Quæ indotata est, in potestate est viri. Plaut. Aut. sc. 5. a. 3.* In potestate fortunam suam non habent Cæsares ut alicuiam. *Senec. cap. 15. de Consol. ad Mari.* Sæpè potestatem sui facere fortunæ. *Senec. ca. 13. de Tranquill.* Et potens, & potero, & dii potestatem dabunt. *Plaut. Capt. sc. 1. a. 5.* In potestate fabrorum dum fui. (id est parentum.) *Plaut. Most. sc. 2. a. 1.* Nostra intelligimus bona, cū quæ in potestate habuimus, ea amissimus. *Plaut. Capt. sc. 2. a. 1.* Cum istam mihi copiam & potestatem facis, ut inuiciam nuncium. *Plaut. Capt. sc. 2. a. 2.* ]

In potestatem suam redire. (de ratione & consilio) *Gell. cap. 7. lib. 7.* Potestates plures (id est significationes.) *Gell. ca. 29. lib. 10.* Item potestatibus & ponderibus verborum. *Gell. ca. 3. l. 1.* In potestatem esse. *Suet. in Aug. ca. 13.* potestatem sui præbere. (id est adiutum.) *Sueton. in Othon. cap. 11.* ]

Dicimus quoque, Potestas tua est, pro Tu potes. Quæ tum erat potestas, dixit *Cicero pro Cluentio*, pro Quod tum poterat fieri. Orationes in quibus verbum possūm ponitur, effecti possunt elegant per nomen potestas. *Terentius in Andr.* Cuius tibi potestas summa seruandi datur, id est quem potes seruare. *Ibidem,* Potestas fuit liberius viuendi: id est potuit liberius viuere. *Cicer. pro Quini.* Potestas tibi fuit quotidie hominem admonendi. id est potuisti quotidie hominem admonere. *Plaut. in Stich.* Malefaciendi est mihi potestas, id est, possūm malefacere.

**P**otestam, pro potestate veteres vsurparunt. *Plaut.* Neque desidiè in otio operam dedisse, neque potestam sibi fuisse, aded arctè cohibituū esse à patre.

**P**ossibilis, possibile, dicitur quod fieri potest: impossibile, { *duwaps. GAL.* Possible, *IT AL. Possibile, GERM. Möglich. HISP. Cosa que puede ser. ANGL. possible, that may be.* } *Plaut. in Stich.* Possible est tandem stantem stanti suauium dare amicum amice? *Quint. l. 3. cap. 8.* possibile, durum aut esse vocabulum, sed necessarium, quum aliud non habeamus: Melius ergo (inquit) qui tertiam partem fecerunt *duwaps.*, nostri possibile nominant, quæ ut dura videatur appellatio, sola tamen est.

**P**ost, præpositio, quæ & composita, & separata inuenitur. { *713* } *chár. mtr. GAL.* Apres. *ITAL. Dopo, dopo. GERM. Nach/ hinter. HISP. Despues. ANGL. After.* } Separata ordinem demonstrat siue loci, siue temporis, siue alicuius alterius rei: & deservit accusatiuo. *Virg. 8. Æn.* Sed magnum metuens se post cratera tegebat. *Idem 1. Eclog.* Post aliquid, mea regna videns, mirabor aristas. *Horat. x. Ep.* O ciues, ciues, quærenda pecunia primum est. Virtus post nummos. Quandoque loco adverbij, postea vsurpatur, & hoc quando nulli casu seruit, aut quando iungitur ad blatiuo.



blatio, *Virg. I. Æn.* Post mihi non simili poena commissa luctis. *Sallust.* Vbi Periculum aduenit, inuidia atque superbia post fuere. Cum ablatiuo, *Virg. 6. Æneid.* -ille admirans venerabile donum Fatalis virgæ, longo post tempore visum. \*Post hominum memoriam, id est Ab hominum recordatione. *Cicer. 2. in Catil.* Bellum intestinum ac domesticum, post hominum memoriam crudelissimum. \*Post homines natos, Idem, *Cicero pro Milone*, Vnius post homines natos fortissimi viri. In compositione eandem ferè habet significationem, quam separata: vt, Postpono, Posthabeo, Posthac, Postea. [Triennio post Ægypto aduenio domum. *Plaut. Mostell. sc. 2. a. 2.* Multis annis post quem conspicor. *Plaut. Men. sc. vlt. a. 5.* Vobis post narrauerò. *Plautus pseud. sc. 4. a. 2.* Quæ post clara cluunt, (id est in posterum.) *Plaut. pseud. sc. 1. a. 2. Item,* post haud scio, quid post fiat, (id est, in posterum.) *Plaut. pseud. sc. 2. a. 3.* Haud multò post luce lucebit mox. *Plaut. Curc. sc. 3. a. 1.* Ea peperit decimo mense post. *Plaut. Aul. sc. 6. a. 4.* Iterum, Alter decimo post mense nascetur puer, quàm seminatùs est. *Plaut. Amphit.* Illa me obseruat canis, post aut ille hircus. *Plaut. Men. sc. 2. a. 5.* Post si quis vellet tei, haud non velles diuidi. *Plaut. Aul. sc. 1. a. 2. bis,* Apage te nunc iam post hunc diem quod creditur tibi fui, omne credidi. *Plaut. Mostell. sc. 2. a. 2.* Si post hunc diem mutiuero, dato me ex cruciatum. *Plaut. Mil. sc. 6. a. 2.* post deinde adibo, *Plaut. Men. sc. 2. a. 3.* Serò post tempus venis. *Plaut. Capt. sc. 1. a. 4.* Post id, vide postidea. *Plaut.* Serò post tempus venis. *Plaut. Capt. sc. 1. a. 4.* post hoc. *Senec. cap. 6. de Consol. ad Mart.* Post paulò. *Cæsar lib. 1. vide Paulò.]*

Postea, componitur ex post & ea. Exinde, deinde. { אַחַר אַחַר } *achâr achâr* *achâr ehen. imitatio, uti videtur.* G A L. Apres, depuis, apres ce. I T A. Da poi. G E R M. Darnach, demnach. H I S P. Despues. A N G L. Afterward. } *Sallust in Catil.* Postea Piso in citiorem Hispaniam Quæstor pro Pignore missus est. Hinc fit posteaquam, *imitatio*, sicut à post, postquam: quæ ambæ connexæ particule sunt, quibus prædictis sequentia connectuntur. *Cicer. Planc.* Et ab his proficiscens in Græciam, & posteaquam de neo cursu reipublicæ sum voce reuocatus, nunquam per Marcum Antonium quietus fui. Aliquando inter postea & quàm, interponitur verò, & significat, sed postea quàm. *Cicer. Appio*, Postea verò quàm ita cepit. Grammatici docent ultimam syllabam aduerbij postea, esse producendam, quemadmodum videmus fieri in similibus aduerbis antea, præterea, interea, propterea. & si qua sunt id genus alia. Apud *Quid.* tamen ferè semper corripitur: vt libro 1. *Fast.* Postea mirabor cur non sine limbus esset Ille dies. *Et alibi*, Quæ semel amissa postea nullus eris. [Postea pro præterea apud *Cicer. pro Cecinn.* & *pro Sext. Rosc. apud Plaut. in Mercat.* Nescio quid animo meo ægrè est pater: Postea nocte hac quiescit non satis ex sententia. *Idem Plautus Capt. sc. 4. a. 3.* O cæstes Alemæon & Lycurgus postea, id est præterea, etiam. *Idem Mostell. sc. 4. a. 1.* Quid ego hoc homine factam postea, id est præterea vel in futurum. *Idem sc. 3. a. 2. Ibidem:* postea nequicquam axiomata (id est, præterea.) & Herum saluto primum, postea vicinos. *Plaut. pseud. sc. 5. a. 1.* Tum postea te ad pistores dabo. *Plaut. Afin. sc. 4. a. 3.* Postea demum cras adducam. *Ibidem sc. 2. a. 5.* Quid tunc postea? *Vide*, Tum Quid postea (id est quid tum) *Plaut. pseud. sc. 6. a. 4.* Tum postea pro deinde, *Plaut. Menæc. sc. vlt. a. 5.]*

Posterus, a, um, Temporis ordine subsequens: vt postera dies, id est sequens. { אַחַר אַחַר } *achâr achâr. imitatio.* G A L. Qui sicut apres, subyuant. I T A. Chi segue appresso, subseguente. G E R M. Das nachgehende. H I S P. A. Cosa siguiente de otra. A N G. That comes after. } [Quod post erit, posterum. *Passerat.* In posteros multa tradiderunt. *Quintil.* Ad posteros gloriam tradere. *Idem Quintil.* Ad postremum. *Liu. lib. 8. d. 4.] Virg. 4. Æneid.* Postera Phœbea lustrabat lampade terras. *Cic. 4. Verr.* Id ei postera die venit in mentem, è lege Rupilia fortiri dicas oportere. *Ibidem.* Postero anno L. Metellus mentionem tui census fieri vetat. \*Hinc posteri dicuntur, quicumque ex nobis & post nos ex aliis nascentur. { אַחַר אַחַר } *achâr achâr. imitatio.* G A L. Successores, ceux qui viennent ou sont nez apres. I T A. Nostri descendenti, che vengono dopodi noi. G E R M. Nachkommen / nachfahren. H I S P. A. Los descendientes, generation venidera. } *Cicero 3. de Natura deorum,* Expectantur hæ poenæ à liberis, à nepotibus, ac posteris, *Plin. lib. 12. cap. 1.* Tam digna miraculo, vt Licinius Mutianus prodendum etiam posteris putarit. \*In posterum prospicere, in posterum differre, hoc est in posterum tempus. *Cicer. pro Mutiana*, Sapiens ac multa in posterum prospiciens. *Idem ad Atticum.* Distulimus sermonem in posterum. \*In præsens. *Cicer. in Catil.* Magna tempestas inuidiæ, si minus in præsens, at in posterum impender. \*Posteri pedes, hoc est posteriores, qui post primos sunt, *imitatio.* \*Postero, absolute, pro postero die. *Tacit. lib. 4.* Idemque quum postero ad quæstionem traheretur. Hinc deducitur Præposterus, hoc est peruersus, qui rerum ordinem perturbat. *imitatio.* *Cicer. Cass.* Præposteros habes tabellarios: et si me quidem non offendunt: sed tamen quum à me discedunt, flagrant literas: quum ad me veniunt, nullas afferunt. *Quintil.* Præpostera res occidere, deinde erubescere. \*Præpostera libido, nefandum masculinæ libidinis flagitium, quo naturæ sexûque ordo perueritur. *imitatio.*

Posterior, & hoc posterius, comparatiuum. { אַחַר אַחַר } *achâr achâr. imitatio.* G A L. Qui vient apres, qui suit apres, posterieur. I T A. Chi segue, chi viene appresso, qui vien dietro. G E R M. Das nachhende / nachgehender. H I S P. Postero entre dos. A N G. That follows after. } Vnde posteriora in animalis dicuntur quæ à tergo sunt, & à facie auersa. *Cic. 12. Phil.* Posteriores cogitationes (vt aiunt) sapientiores solent esse. [Quid. *Eleg. 3. lib. 4. Trist.* Cum tempora prima mollia præbuerint posteriora grauant.] \*Interdum idem est quod vilior, abiectionis, & minoris pretij:

*Idem Attic. l. 10.* Quorum vtrique semper patriæ salus & dignitas posterior sua dominatione, & domesticis commodis fuit. *Idem 3. Philipp.* Tu verò ita vitam, corpûsque seruato, ita fortunam ita rem familiarem, vt hæc posteriora libertate ducas. *Idem in Pison.* Nihil isto posterius, nihil æquius. *Terent. in Adelph.* Si id sit dando, atque obsequendo, non posteriores feram. *Vbi Donatus,* Non posteriores feram, subauditur, partes. \*Posteriora (Superiora. *Cicero 3. de Orat.* Paria esse debent posteriora superioribus.

Postremus, superlatiuum, Vltimus, { אַחַר אַחַר } *achâr achâr. imitatio.* G A L. Tout le dernier. I T A. L. Vltimo. G E R M. Der aller letzt, der hinterst. H I S P. Postero, ultimo. A N G. L. The last of all. } *Terent. in Phor.* Hæc denique eius fuit postrema oratio. [Plaut. *Men. sc. 7. a. 5.* Quia postremus cedis, hoc præmij feres. *Plaut. Aul. sc. 5. a. 3.* Ad postremum cedit miles, id est ad extremum, vel postremo loco.] Postremos homines, pro perditissimis, & sceleratissimis, dixit *M. Brutus in Epistol. ad Cicero.* Quod si Romanos nos esse meminissimus, non audacius dominari cuperent postremi homines, quàm id nos prohiberemus. *Cicero pro Roscio Amerino*, Sin autem id actum est, idcirco arma sumpta sunt vt homines postremi pecuniis alienis locupletarentur, & in fortunas vnicuiusque impetum facerent, &c.

Postremissimus, veteres pro postremo dixerunt. { אַחַר אַחַר } *achâr achâr. imitatio.* quemadmodum & postremitas pro extremitate: vt annotauit *Sipontinus.* \*Græchas apud *Aulum Gell. lib. 15. cap. 12.* Omnium nationum postremissimum, nequissimumque existimatote.

Posterior, aduerb. Postea, Posteriore loco, paulò post. { אַחַר אַחַר } *achâr achâr. imitatio.* G A L. Apres, depuis. I T A. De poi. G E R M. A. Darnach, demnach. H I S P. Despues. A N G. Afterward. } *Plaut. in Epid.* Vos priores esse oportet, nos posteriores dicere. Quod plus sapitis. *Plaut. in Amphit.* Ne tu posteriorius in me culpam transferas. [Idem *Plaut. Afin. sc. 1. a. 1.* Posteriorius istuc dicis, quàm credo tibi. (id est, antè seiebam). *Cicer. 6. Verr.* Tum mittit Rex ad istum, si sibi videatur, vt reddat. iubet istum postremum ad se reuerti.

Postremò, aduerbium ordinis, Denique, vltimo loco, tandem. { אַחַר אַחַר } *achâr achâr. imitatio.* G A L. Finalement, pour la dernière fois, à la parfin. I T A. L. C. Vltimamente, finalmente. G E R M. Zutzt / endtich. H I S P. Postera ray, vltimamente. A N G. L. At the last. } [Plautus *Aulul. scen. 3. act. 4.* Postremò hunc perferunt, id est, denique; Somme toute, Passerat. *Idem Plautus Capt. scen. 1. act. 4.* Postremò si parua iururaudo est fides, vife.] *Sallustius,* Postremò omnibus modis pecuniam trahunt. *Pro eodem.* Ad postremum æquè dicitur. In posterum verò, significat in futurum tempus. *imitatio.* *Quintilian. libro 1.* Multa lingua vitia nisi primis eximantur annis, inenendabili in posterum prauitate durantur.

Postremum quoque superlatiuum aduerbialisiter ponitur: vt vltimum. *Terentius in Andr.* Si id facis, hodie postremum mo vides.

Posteritas, posteritatis. Ipsi posteri, vel ætas subsequens. { אַחַר אַחַר } *achâr achâr. imitatio.* G A L. L. Posterité. I T A. L. Posteriora. G E R M. Die nachtomms / deren so nach vns / sen werden. H I S P. La generacion venidera, los descendientes. A N G. Posteritie. } *Cicer. in Lelio,* Quo in genere sperare videor, Scipionis & Lælij amicitiam notam posteritati fore. *Idem i. Tusc.* Quum optimus quilibet maximè posteritati seruit. *Ouid. de Ponto, Eleg. 5.* Quam laudem à tera posteritate ferat. [Cæsar. *lib. 1. de bell. civil.* Habeat rationem posteritatis & periculi sui, (id est, videat quid agat in posterum.) *Ouid. Eleg. 9. lib. 9.* Perpetuæ crimen posteritatis eris. *Ibidem Eleg. 10. lib. quarto,* Quem legis, vt noris, accipe posteritas.]

Postfero, penultima correpta, Postpono, Posthabeo. { אַחַר אַחַר } *achâr achâr. imitatio.* G A L. Postposer, estimer moins. I T A. Postporre. G E R M. Nach setzen / setzen schenken. H I S P. A. Posponer. A N G. To esteem lesse. } *Plin. lib. 3. cap. 4.* de Narbonensi prouincia loquens, Verbis & agrorum cultu, virorum, morumque dignatione, amplitudine opum, nulli prouinciarum postferenda. [Velleius: Brutus cuiuslibet ducum præferendus: nulli homini non postferendus Vatinus.]

Post fuit, Posthabituus est. *Sallust.* Sed vbi periculum aduenit, inuidia atque superbia post fuere. *Eudæus.*

Postgeniti, diuersis dictionibus, Posteri, { אַחַר אַחַר } *achâr achâr. imitatio.* G A L. Neç, engendrez, ou prouenus apres. I T A. L. Che vengono dopo di noi. G E R M. Die nachtomms / so hernach geboren werden. H I S P. A. Los descendientes. A N G. The posteritie. } *Horat. 3. Carm. Ode 24.* Clarus post genitis.

Posthabeo, es, Postpono, Postfero, vilius pendo. { אַחַר אַחַר } *achâr achâr. imitatio.* G A L. Postposer, prefeier. I T A. L. Postporre, posponere. G E R M. Bringer hinten / hindan setzen / fur mindet achten. H I S P. Posponer. A N G. To put back, to esteem lesse. } *Terent. in Phorm.* Nam omnes posthabui mihi res, ita vt par fuit: Postquam tantopere id vos velle animum aduerteram. *Virg. 7. Ecloga.* Posthabui tamen illorum mea seria ludo, *Cic. 5. Tusc.* Vt omnibus rebus posthabitis, totos se in optimo vitæ statu exquirendo collocarent.

Posthac, Deinceps, in futurum, quasi post hoc tempus: [sicut anterehac, ante hoc tempus.] { אַחַר אַחַר } *achâr achâr. imitatio.* G A L. Dotescenauant, cy apres, à l'auenir. I T A. L. Per l'innanci, da qui a dietro, per l'auenire. G E R M. Zurhnt / oder hernach. H I S P. De qui a delante. A N G. Afterward. } [Plaut. *Mostell. sc. 2. a. 2.* Si posthac imposuero pedem in vndam, facito quod facere voluisti, *Catull. ad Ort.* Non ego te vita frater amabilior aspiciam posthac. *Plaut. Milis. sc. 6. a. 2.* posthac quod scies nescieris. (suprà, post hunc diem.) *Plaut. Men. sc. 3.* 4. Aliam posthac inuenito, Inuenitur & posthec, *Plautus*



*Capt. sc. 5. a. 3.* Nalli certum est posthæc credere: Et posthæc per diphthongum, apud *Livium lib. 34.* Et post hæc, duabus dictionibus: apud *Sueton. in August. cap. 19.* Tumultus post hæc. *Teren. in And.* posthæc quas facient de integro comedias. *Vide Vallam. lib. 2. c. 57.*

**POSTHYMIA**, Virgo Vestalis, quæ propter elegantiorum cultum in suspicionem venit incesti, & eo nomine apud Pontifices accusata est: verum quum nihil præterea aduersus eam probaretur, sententia Pontificis Maximi dicitur absoluta, qui eam iocis in posterum abstinere, sanctæque potius, quam scitæ coli iussit. *Vide Liu. lib. 4. ab Vrbe.*

**POSTHYMIVS**, Prænomine Aulus, Dictator in bello Latinorum, quod Tarquinij fuga excitauit cum ad generum suum Manlium Tusculanorum ducem confegisset, quo in bello collatis signis ad lacum Regillum, quum victoria virinque nutaret, Magister equitum Romanis equis frenos detrahi iussit, ut irremocabili impetu ferrentur in hostes, ita que tandem aciem Latinorum Romanis fudere. In eo prælio visi duo iuvenes acriter pugnare, quos post pugnam ad præmia quæsitus, Dictator reperire non potuit. Rarus itaque eos Castorem & Pollucem fuisse, eis communi titulo templum dedicauit. *Autor Gell.* [Posthumius autem ita dictus est, quia mortuo patre, siue post humatum patrem natus dicitur. *Plutar. in Coriolan.*]

Posthumius Tubertus Magister equitum Æmilij Mamerci Dictatoris in prima Dictatura contra Volscos: mox in eodem bello à Quinto Cincinnato Consule genero suo Dictator dictus, de eisdem triumphauit, quam victoriam funestauit mors filij, viri magna virtute: quam quod iniussu eius, occasione rei bene gerundæ pugnam misisset securi percussit. *Ex Liu. lib. 4. ab Vrbe.* ¶ **L. Posthumius**, post Cannensem pugnam Consul in Galliam profectus, Boiorum fraude, locorumque iniquitate circumuentus, ne viuus in hostium manus perueniret, mediis sese hostibus immiscens, fortissimè pugnans occubuit. Cuius inuenti caput præcedentes Barbari, ouantes in templo obtulerunt: cuiusque deinceps cranio pro sacro vase in solennibus libationibus vsi sunt. *Liu. lib. 33.*

Posthumius, prænomine Spurius, cum T. Venturio Romæ consul eo tempore quo Romani aduersus Samnites bellum gerebāt missus cum collega aduersus hostes, exercitum imprudens in locum iniquum deduxit, apud Furcas Caudinas: ubi ad hostibus circumuectus, quum nulla euadendi spes esset foedissimum cum hoste fœdus pepigit, ut sexcentis Equitibus Romanis obsidibus relictis, reliquum exercitum sub iugum missum, abducere sibi liceret. Quæ fœderis conditiones quum à Romanis improbarentur, autor fuit Senatui Posthumius, ut sui eorumque deductione quorum consensu tam ignominiosum fœdus initum erat, fides publica liberaretur. Cuius sententiam secutus Senatus, Consulem utrunque, cum duobus Tribunis, cæterisque omnibus qui per fœdus sponderant, hosti victos dederunt. Quos quum ille recipere recusaret, incolumes Romam redierunt. Nec ita multo post, fufus à Papyrio Curfore Samnitibus, & sub iugum missis, recepitque sexcentis equitibus Romanis obsidibus, prioris flagitij infamia obliterata est. *Liu. lib. 9.*

Posthumius Albinus Consul aduersus Iugurtham missus, pecuniæque ab eo corruptus, insignem ex provincia ignominiam reportauit. *Autor Sallust. in Iugurth.* Idem postea Proconsulari imperio in Hispaniam missus, de Vaccæis & Lusitanis triumphauit, *ut refert Liu. l. 64.*

[Posthumianus, a, um, *Gell. cap. 13. lib. 1.* Posthumiana & Manliana imperia.]

**POSTHUMVS**, penultima correpta, ex post, & humus componitur, qui post mortem parentis natus est, quasi post humatum hoc est sepulchrum patrem natus. *ἑψῆμῶν.* GAL. Qui est né apres la mort de son pere, posthume. *ITA. Nato post che è mortuo suo padre.* GER. *Der nach seines vatters tod geboren ist.* HISP. *El que nasce despues de muerto el padre.* ANG. *He that is borne after his fathers deat.* ¶ *Pl. in Aul.* Post mediam ætatem, qui mediani ducit uxorem domum. Si cum senex animum prægnatè fortuito fecerit, quid dubitas quin sit paratum nomen puero posthumus? *Cicer. 3. de Finib.* Dicuntque ut liberis consultum velimus, etiam si Posthumi futuri sint. ¶ Posthumum tamen non cum significare tantum: qui patre mortuo, sed & qui postremo loco natus est. *Cesellius Vindex ex versibus Virgilianis disputat apud Gell. l. 2. c. 16.* Itaque nonnulli etiam sine aspiratione scribunt. Item pro Futuro, & sequenti, & postero. *Vnde & Apul. Posthumam spem dixit. Vir. 6. Æneid.* tua posthuma proles. *Cic. pro Cacin.* Filius posthumus.

[Posthumus quis, *Vide apud Aul. Gell. cap. 16. lib. 2. & Plutarch. in Sylla.*]

**POSTHYMVS**, qui & Syluius, filius fuit Æneæ ex Launia: quæ, ut inquit *Seruius*, Æneæ mortuo, Acanij timens insidias, grauida cõfugit ad sylvas, & illic enixa est Syluium, qui Posthumus, quod patre mortuo natus esset, dictus est. *Oui. 4. Fast.* Posthumus hinc, qui quod syluis fuit ortus in altis, Syluius in Latia gente vocatus erat.

**POSTICUM**, postici pen. prod. à post stando, Ostium est in posteriore parte ædium. *ἑψῆμῶν.* GAL. Le derriere, ou l'huis de derriere d'une maison. *ITA. Postico, luscio de dietro della casa.* GER. *Ein hinterthur.* HISP. *El postico detras de la casa.* ANG. *A gate on the back side of an house.* ¶ *Plaut. in Stich.* sed quum cogito, Posticum quam in diuidiam veniam, est etiam hic est um. Aliud posticum nostrarum harumque ædium: Eà ibi opsonatum, eadè referam opsonium. *Horat. l. 1. Epist.* Atria seruantem postico falle clientem. ¶ Pro eodem etiam postica fœminino genere dicitur. *Ammianus.* Per posticam ingressus, referam inueni confluenta ex finitimis virili & mulicbri sexu. quo verbo ipsum quoque Var-

ronem vsu esse *Nanius* testatur. ¶ Postica etiam augures appellabant plagam Septentrionalem, propterea quod qui inaugurbantur, hanc cæli partem à tergo habebant, facie in meridiem conuersi, quam idcirco anticam vocabant. Occasum autem dexteram appellabant, quemadmodum Ortum sinistram. ¶ Item postica linea est in agris diuidendis, quæ ab Oriente in occidentem spectat. Omnia denique quæ post nos sunt, postica dicuntur: & quæ ante nos, antica.

**POSTICULA**, lz, diminutiuum à post ea. Idem significans. *emad id pias.* *Apul.* per quamdam breuem posticulam iurid vocat me.

**POSTICULUM**, li, aliud diminutiuum eiusdem significationis. *Pl. in Trin.* Posticulum hoc recepit, quum ædes vendidit. *Ibid.* Vbi nunc filius meus habitatis hic in hoc posticulo.

**POSTICUS**, a, um, adiectiuum est. Quod post nos est. *ἑψῆμῶν.* GAL. Qui est derriere. *ITA. Chi è dietro.* GER. *Das hinter den oder hinter werg ist.* HISP. *Lo que es detra.* ANG. *That is behind.* ¶ Quando veid anticam & posticam dicimus; subauditur nomen, pars, vel aliud simile. *Perf. Sat. 1.* posticæ occurrite sannæ, hoc est irrisioni factæ à parte posteriore. *Auson.* postico vulnere fossor. [ *Sueton. in Othone cap. 6.* Postica parte palatij se proripit.

**POSTICÆ**, arum, Absque adiunctione alterius, veteres hoc nomine interiores templorum fores vocabant, quemadmodum anticæ anteriores. *Cornutus in Perf. Sat. 1.*

**POSTIDEA**, post id, siue deinde. *Plaut. in Stich.* Quin æquius est nos potiore habere te, postidea viros nostros. *Ibidem.* postidea loci si hoc edixerit. [ *Plaut. Aul. sc. 2. a. 1.* Quod profectus sum, ibo, Postidea domum me recipiam. *Idem ibid.* Postidea si præhensum sum exculemus.]

**POSTILÆNÆ**, postilænz, pen. prod. Incuruum lignum, siue crassius lorum quod sub iumentum cauda ponitur: à post stando (ut volunt) dictum, quod posteriorem iumentorum partem exornet. *ἑψῆμῶν.* GAL. Vne croquiere. *ITA. Groppiera.* GRÆC. *Das afftergetid oder schwangegetid an einem pferd.* Der riemen oder das holt so man den rossen vnd auch den geladenen moucheien vnder den schwanz that. *HISP. El arharre de graspera.* ANG. *A crupper of an horse.* ¶ *Plaut. in Cas. l. 1. a. 2.* argerunda aqua curuum: faciam probè, ut postilæna possit ex te fieri. Contra, antilæna dicitur, qua peccus cingitur, ut *apud Plaut.*

**POSTILLA**, Duæ dictiones in vnam coniunctæ per subuionem, idem significantes quod aduebium postea, *autere Donato. Teren. in Eunuch.* Tunc scis post illa quàm intimum habeam te. [ Neque patrem postilla vidi. *Plaut. Men. sc. vlt. a. 5.* Postilla obtegere me negligens fui. *Plaut. Mostel. sc. 2. a. 1.* Postquam abij, nunc primū te video postilla. *Plaut. Men. sc. 3. a. 4.* Postilla se applicant. *Ibidem sc. 2. a. 1.* Semel fugendi si data est occasio satis est, nunquam postilla postillæ prederet. *Plaut. Capis. sc. 2. a. 1.* Interdum diuisim, Postilla: *Plaut. Curc. sc. 2. a. 4.* Eum nunquam postilla vidi. ¶ Post illud: *Ouid. 2. Fast.* Termine post illud leuitas tibi libera non est. *Ibid. lib. 6.* Post illud neque aues cunas violasse feruntur.]

[Postillæ, pro post: *Sueton.*]

**POSTES**, In ædificiis dicuntur latera ostiorum, ex lapide, lignove, quorum alter fores sustinet cardinibus affixos, alter seram recipit & repagula quum ostium clauditur. *ἑψῆμῶν.* GAL. Les postes d'un huis, ausquels il est attaché & fermé. *ITAL. Le balestrate delle porte à le porte.* GRÆC. *Die tûrposten oder thurgestell.* HISP. *La puertaa para cerrar, è el basidor de la puerta.* ANG. *The dore checkes or postes that the dore hangeth upon and is shut by.* ¶ *Virg. 2. Æneid.* Hærent parietibus scælæ, postesque sub ipsos Nituntur gradibus. *Idem 7. Elog.* hic plurimus ignis Semper, & assidua postes fuligine nigri. *Idem 2. Æneid.* emoti procumbunt cardine postes. *Cicero. pro domo sua.* Parietibus, tectis & postibus meis bellum intulisti. *Ouid. Eleg. 1. lib. 3. Trist.* Video fulgentibus armis conspicuos postes. *Vellius.* In postem lapideum tanuæ carceris illiso capite obijt Thuscus aruspex, *Idem Vell.* Posti templi fixa tabula ærea id testatur.]

**POSTLIMINIUM**, postliminij, ex post & limen componitur: quæcunque enim à nobis ad hostem perueniunt, quum à nostro limine exierint, si post ad idem limen reuertantur, postliminio redeunt. *ἑψῆμῶν.* [ *Gell. cap. 18. lib. 7.* Parentes, cognati, affinesque captiuorum amplexi eos postliminio redisse dicebant. Item, Postliminium iustum, *Ibidem.* ] *Festus.* Postliminio receptus est si qui extra limina, hoc est terminos provincie captus fuerat, rursus ad propria reuertitur. *Paulus Iuriscons. de Cap. l. Postliminium.* Postliminium est ius amissæ rei recipiendæ ab extraneo, & in statum pristinum restituendæ, inter nos & liberos populos, regesque moribus ac legibus constitutum. Nam quod bello amissimus, aut etiam circa bellum, hoc si rursus recipiamus, dicimus postliminio recipere, id quod naturali æquitate introductum est: ut qui per iniuriam ab extraneis detinebatur, is vbi in fines suos redisset, pristinum ius suum reciperet. *Seruius Sulpitius Iurisconsultus, referente Cicerone in Topis.* in dictione postliminium, nihil notandum putauit nisi particulam post, reliquam vocabuli partem solum additamentum putabat, tanquam liminium nihil significaret: sicut tullium, supplementum est in medullio. Scæuola autem putauit postliminium, ex duabus dictionibus, post, & limen esse compositum. Postliminio queris: *apud Apuleium,* significat post quietem. Nam reuersio quædam postliminij vocabulo significatur. Postliminio mortis, id est reuersione à morte & post mortem

**POSTMERIDIANVS**, *Vide POMERIDIANVS.*

**POSTMITTO**, otis, Posthabeo, n. gingo: parui aut nihili facio. *ἑψῆμῶν.* GAL. Postposet. *ITAL. Postporre.* GRÆC. *ἑψῆμῶν.*



Ubi dicitur obierit et cetera. H I S. Posponer. A N G. To sett little by, or esteme lesse. Cic pro Calio. Quod in alicuius agrestis periculo non postmitteret, id homo eruditus in insidiis doctissimi hominis dissimulandum putaret?

Postmodum, pen. corr. Postea, quasi post modum. {ןן רחן achâr eben ןן רחן achâr eben. v. s. e. g. v. G A L. Apres ce, puis apres. I T A L. C. Poco poi, poco appresso. G E R M. Späroach nachher nachmaaten. H I S P. Después. A N G. Afterward. Linius l. 1. ab Vrbe, Sæpe ex iniuria postmodum exortam gratiam. Dicitur & postmodum. Idem l. 4. Si Ardeates sua tempora expectare velint, arbitriumque Senatui leuandæ iniuriæ suæ permittant, fore vt post modum gaudeant se iræ moderatos. [Ouid. 2. Fast. Postmodum victa cades. Idem lib. 3. Fast. Et perit exemplo postmodo quisque suo. Idem lib. 4. Fast. Postmodo glans nata est.]

Postomus, postomidis, Ferrum est, teste Nonio, quod ad cohibendam equorum tenaciam, naribus, vel morlui imponitur. A N G L. Barnacles, an instrument sett on the nose of unruly horses. Lucil. Postomides huic ingentes de naribus pendent.

Postpono, postponis, postposui, postpositum. Retro pono, posthabeo, postfero. {ןן באב ab. v. s. e. g. v. G A L. Postposer, estimer moins. I T A. Posporre. G E R M. Nachsetzen / einem anderen das fur grösser geschicket wirt fur gerettet halten. H I S P A N. Posponer. A N G. To postpone, o esteme lesse. Plin. l. 3. c. 19. Cyrenaica regio loton suæ postposuit paliuro. Ouid. 6. Metamorph. -vósque est postponere natis Ausa iuis. Horat. 1. Ep. 18. Dormiet in lucem: scorto postponet Officium. Aliquando ponitur pro omittre, vel intermittere. Cic. F. ad Tironem, Omnia postposui, dummodo præceptis patris parerem. Cas. 6. bell. Gall. Vt omnia postponere videretur, consilium in Lutetiam Parisiorum transfert.

Postprincipia, Dictio composita, qua Varro apud Gell. viitur, lib. 26. cap. 18. pro progressu alicuius qui principia subsequitur. Voluptas autem (inquit) vel vitilitas talium disciplinarum in postprincipiis existit, quum perfectæ absolutæque sunt: in principiiis verò ipsis, ineptæ & insuaves videntur.

Postquam & posteaquam, Connexiæ particulæ sunt, quibus dicta sequentibus connectuntur. {ןן ון. G A L. Apres que, depuis que. I T A. Poi che. G E R. Nach dem. H I S P A. Después que. A N G L. After that. Virg. 3. Aeneid. Postquam altos tetigit fluctus. Vide POSTEA. \*Postquam, pro Quoniam apud Terent. interprete Douaio, in prolog. Adolph. Postquam poeta sensit scripturam suam Ab iniuriis obseruari & aduersarios Rapere in peiorem partem, quam acturi sumus. [Plautus Menachm. sc. 1. a. 2. Hic annus sextus est, postquam ei rei operam damus. Idem Amphitr. Neque postquam ego sum natus habui nisi te seruum Soliam. Et Menach. sc. 4. a. 1. Neque postquam sum natus intra portam penetraui pedem: Ibidem sc. 3. act. 4. Postquam abij ad forum nunc postilla te video. Plaut. Menach. sc. 3. a. 4. Idem Capt. Prolog. Postquam belligerant. Item Aetoli cum alius. Postquam scimus venturum. Plautus Curt. sc. 3. a. 2. Postquam ad nos renunciatum est te & patrem esse mortuum. Plautus Men. sc. 1. a. 5. Postquam ille hinc abiit tu aditas solus. (id est, quandoquidem, initium est cœnæ) Plaut. Men. sc. 4. a. 1. Nunc postquam nihili sum, id verò meopte ingenio reperi. Plaut. Mostell. sc. 2. a. 1. (Alias hic legitur Postque.)

[Postque. Plaut. Mostell. sc. 2. a. 1. Nunc postque nihili sum, Id verò meopte ingenio reperi (Alias Postquam.)

Postremus, adiect. Postremo, aduerb. Vide POSTERVS.

Postridie, aduerb. Postero, vel sequenti die. {ןן מחר machâr. מן וסאפא, מן וסאפא. G A L. Le lendemain. I T A L. Il giorno seguente. G E R M. Moraderigs dem nächstn tag darnach. H I S P. Vn dia despues. A N G. The day following. Sicut contrâ pridie, priore, vel præcedente die, מחר מחר. Gell. putat pridie dictum esse quasi pristino die. Verba eius sunt hæc l. 10. c. 24. Die pristini eodem modo dicebatur, quod significabat die pristino, id est priore, quod vulgò Pridie dicitur, conuerso compositionis ordine, quasi pristino die. Festus verò (cui magis accedendum puro) compositionem pridie antiquam esse docet. Priuignus, inquit, dictus est, quòd antequam mater secundò nuberet, est progenitus. Pri enim antiqui pro Præ dixerunt. Pridie igitur, ex præ, & die compositum priori siue præcedenti die, siue die vno antè significat. Postridie verò, postero die. Valla, Postridie, quasi cras, non præsentis diei, sed cuiusdam alterius, aut præteriti aut futuri. Sic pridie, quasi heri, non præsentis diei, sed cuiusdam alterius, aut præteriti, aut futuri. [Dies ari qui sunt postridie Calendarum, Nonas & Idus, quare ita dicti. Gell. docet cap. 17 lib. 5. Idem ibidem. Ante diem quartum Calendarum, vel Nonas, vel Idus, tanquam inominalem diem plerique vitant. (id est diem inauspicatum & mali ominis.) Hinc Sueton. in August. cap. 92. Obseruabat ne aut postridie nundinas quoquam proficisceretur: aut Nonis quidquam rei seriatim inchoaret. Luciani. lib. 5. de vitroque exemplum posuit, loquens de Carneade: Is (inquit) quum legatus ab Atheniensibus Romam missus esset, disputauit de iustitia copiose, audientibus Galba & Catone, COSS. maximis tunc oratoribus. Sed disputationem suam postridie contraria disputatione sabuerit: & iustitiam quam pridie laudauerat, sustulit. Plaut. in Stich. Qui potest mulieres vitare, vitet: vt quotidie pridie caueat, ne faciat quod pigeat postridie. Pridie igitur priori die, siue præcedente die significat, vt etiam apud Catonem libro de Re rust. Si quem purgare voles, pridie ne cœnet. Postridie verò, postero die: nec post tres dies villo modo significat, vt hoc Catonis exemplum aperitissimè demonstrat, ex libro de Re rustica cap. 65. Oleum viride sic facito: Oleum quamprimum ex terra tollito: si inquinata erit, lauio: à folijs & stercore purgato: postridie, aut post tertium diem quam lecta erit, facito. Non enim

adiesset tertium diem, si postridie, post tres dies significaret. Habent autem pridie & postridie aliquando post se hos genitiuos Eius diei. Cicero Lentulo, Ad deodecimum Calendarum Februarij dum in Senatu pulcherrimè staremus, quòd iam illam sententiam Bibuli de tribus legatis pridie eius diei fregeramus, hoc est eo die qui præcessit duodecimum Calend. Cas. lib. 1. bell. Gall. Postridie eius diei Cæsar præsidio vtrisque castris quod satis esse visum est, reliquit, id est postero die qui illum subsequeretur. Aliquando etiam alius eis genitiuus iungitur vt Pridie, siue Postridie Calendarum, Nonarum, Iduum. Nonnunquam & accusatiuum habent. Cicero. Appio, Pridie Nonas Iunias, quum censem Brundisij, hoc est die præcedenti Nonas, siue die ante Nonas. Linius, Etiam postridie Idus rebus diuinis superfederi iustum. Quo item modo postridie Calendarum dicitur, id est die post Calendarum, Cicero. ad Atticum, Pridie Comptialia venito. Interdum pridie & postridie sequitur quàm: vt pridie quàm intres patriam, sacrificium facito. Linius libro 2. ab Vrbe, Nam quum pridie quàm legati ad Tarquinius proficiscerentur, cœnatum fortè apud Vitellios esset, & c. Id est die præcedenti eum, quòd legati ad Tarquinius sunt profecti. Similiter etiam illud Suetonij in Cæsare, Et pridie quàm occideretur, in sermone nato super cœnam apud M. Lepidum, quifnam esset finis vitæ commodissimus, repentinum inopinatumque prætulit. Pridie, inquit, quàm occideretur, hoc est eo die qui diem mortis eius præcedebat. Cuius loco dicere non possemus, pridie quo occideretur, vt nonnulli loquuntur: huiusmodi enim sententia fecum pugnaret. Itaque non satis rectè putauit Valla in huiusmodi locutionibus, QVAM particulam accipi pro relativo QVO. Neque enim satis aptè hanc orationem Pridie quàm occideretur, sic interpretetis. Pridie quo occideretur: sed potius sic, Pridie postquam occideretur. Similiter, Postridie quàm pater mortem obiit, epulum feci, id est postquam pater mortem obiit, postridie epulum feci: vt dies mortis lactui seruiat: postera verò, epulis. Non autem, post die quo pater mortem obiit, epulum feci: quod neque orationi, neque sensui conuenit. Nam postridie, alium diem exigit præcedentem: in isto verò exemplo, nullus alius dies præcessit. Ergo quàm pro postquam exponendum est. vt postridie, sequatur ipsam diem quo pater mortem obiit. Similiter, Postridie quàm vxorem duxero, nauigandum est mihi. Si quàm, pro quo sumatur, non rectè fiet interpretatio. Igitur necessariò quàm, pro postquam, non pro quo sumendum est: nisi hoc modo sumamus, postridie, id est postero die ab eo quo pater mortem obiit, epulum feci. & Postridie ab eo quo vxorem duxero, nauigandum est mihi. Et Valla fortè ita intellexit. Hoc modo sumenda sunt pleraque Luuij exempla: vt lib. 3. Anno trecentesimo altero quàm condita Roma erat, iterum mutatur forma ciuitatis à Consulibus ad Decemuiros. Et lib. 4. Dictator exercitu victore domum redacto, die octauo quàm creatus erat, id est octauo die ab eo quo creatus erat. Et aliud, Quàm condita Roma erat: id est ab eo quo condita Roma erat. Quod etiam pro postquam sumi potest. Possunt tamen Valla exempla breuius exponi, vt quàm pro quum sumatur, hoc modo: quàm, hoc est quum pater mortem obiit, epulum feci postridie: & quàm, hoc est quum vxorem duxero, nauigandum est mihi postridie. Illud autem Cicero ad Tironem, Menandrius postridie ad me venit quàm expectarem: pro quum omnino sumitur, non pro postquam, neque pro antequam, neque ab eo quo: hoc modo, Menandrius quàm, id est quum die præcedenti eum expectarem, venit ad me postridie. Vnde rectè sequitur, Itaque postridie habui noctem plenam timoris, id est noctem quæ ipsam diem præcedentem insecuta est, & intercessit inter postridie, hoc est sequentem diem. & ipsam præcedentem. A pridie sit Pridianus, pridianus, pridianum, pro eo quod pridie alicuius diei factum est, מחר מחר. Sueton. in Calig. Marcescente adhuc stomacho pridiani cibi onere. [Idem Sueton. in Tib. cap. 34.] Plaut. in Milite, postriduo dixit pro postridie. Postriduo (inquit) natus sum ego mulier, quàm Iupiter ex Ope natus est.

\*Postuenio, postuenis, postueni, postuentum, cui contrarium Anteuencio. Plin. lib. 18. cap. 25. Accedit confessa rerum obscuritas, nunc præcurrente, nec paucis diebus, tempestatum significatione, quod prochemasin Græci vocant: nunc postueniente, quod epichemasin.

¶ Auellere pretium anequam ostendatur merx. Horat. 1. Serm. Satyr. 2. an tibi maus Infidias fieri, pretiumque anellier ante, Quàm mercem ostendit Capi pretio. Tibul. lib. 3. Eleg. 1. pretio capiunt auarè. ¶ Aliquando pretium accipitur pro mercede siue præmiis: idque interdum in meliorem partem. Terent. in Andr. Feci è seruo vt effes liberus mihi, propterea quod seruiebas liberaliter. Quod habui summum pretium, perfolui tibi. Virg. 5. Æneid. Et palmæ prætiū victoribus, interdum in deteriorem, vt idem ferè sit quod pœna. Ouid. 1. 0. Metamorphos. Mors pretium tardis: ea lex certaminis esto. Terent. in Andr. F. g. pretium ob stultitiam fero. [ Verbera, compedes, mola, hæc sunt pretia ignauit. Plau. Men. 1. 6. a. 5. Quid pretij detur ab heris. Plau. Ibid. Prope est, vt herus quod strenuè fecerint, pretium exoluat. (i. libertatem.) Ibid. Cuius equos pretium pro nocte poposcerat hostis. Ouid. 13. Metam. Grande pretium tulit perseuerantia. Suet. in Tib. cap. 16. Pretium tulit clementiæ (id est mortem.) Velleius Hoc pretium vitæ vigilantium quæ laborum. Ouid. Eleg. 1. 1. 2. Trist. Conseruata patria pretium calamitatem exilij Cicero tulit. Velleius. Ipse tulit pretium iam nunc certaminis huius. Ovi. 13. Met. Fit pretium dignis, nec sibi quicquæ placet. Ouid. 5. Fast. Pretium honorumque Linus lib. 5. d. 5. Cùm ina vidistis pretio quæ obiecta patebant: (i. auro & mercede prodicionis. Ouid. 13. Metam. ] ¶ Legitur etiam pretium aliquando pro composito operæ pretium. Tacit. lib. 2. Res eo anno prolatas haud referrem, ni pretium foret. Cn. Pisonis, & Asinij Galli super eo negotio diuersas sententias noscere. Pretium operæ, & pretium curæ, locutiones notatu dignæ Plin. Id vero audire pretium operæ sit Plin. Epist. 159. Postea mihi visum est pretium curæ: ipsum Senatufconsultum querere.

Pretiosus, a, um, Quod est multi pretij. מִדְרָשׁ מֵעַק עֲבָקָהּ mehuqáh. דְּלִיפֵי, סוּוּרֵי. GALLI. Precieux, riche, & de grand valeur. ITALICE, Di summo prezzo. GER. Keistlich/ wert. HISP. Di mucho precio. ANGLI. That is pretious and of great value. Plau. in Bacch. Animum pretiosa operaria es. Cic. 3. Officior. Quærit si in iactura faciendâ sit, equine pretiosi potius iacturam faciat, an serui vilis. ¶ Emptor pretiosus, hoc est sumptuosus, qui magno pretio aliquid emit, Horat. 3. Carm. Ode 6. Seu nauis Hispanæ magister Dedecorum pretiosus emptor. Ouid. 3. Amor. ingenium quondam fuerat pretiosus auro. Idem 1. Metam. subitque auctorea proles Auro deterior fuluo, pretiosior ære.

Pretiosè, aduerbium. מִדְרָשׁ מֵעַק עֲבָקָהּ mehuqáh. דְּלִיפֵי, סוּוּרֵי. GALL. Richelement. ITALIC. Riccamente. GERM. Köstlich. HISP. Richamente. ANGL. Pretioslie, richelie. Cic. 2. de Inuen. Vasa magnifica, & pretiosè calata. Gell. lib. 5. cap. 5. Pretiosè armatum exercitum.

Pretiositas, πολυπλεα. Μενελοχ. Satur. 1. 7. capi. 13. ex Asisco Capitone, Electus autem, inquis, ipsa læua manu digitus minimo proximus, quasi aptior cæteris cui commendaretur annuli pretiositas.

PRIAMVS, penultima correpta, πριαμος. Laomedontis Trojanorum regis filius. GERMAN. Ein könig der Trojanen/ vnd der wacker Priadis. Σοφὸς ἐστὶ πριαμὸς, quod est emere, autore Sertio. Nam puer ab Hercule, qui patrem Laomedontem interfecerat, captus cum Hestione sorore, scelus pecunia redimi potuit, vel secundum alios, quia Hercules eum à vicinis hostibus redemptum in paterno regno locauit. Eum à Ioue originem traxisse ferunt. Dardanus enim filius fuit Iouis ex Electra, cuius filius fuit Erichonius. Hic filium habuit Troem, qui regionem quæ à Dardano Dardania dicebatur, Troiam à se dixit. Huius filij fuerunt Aslaracus & Ilus, qui urbem totius regionis caput, Ilion à se vocauit. Hic filium habuit Laomedontem, qui pater fuit Priami. At Priamus ipse, parte ab Hercule interfecto, auro redemptus, Ilion iustaurauit simul & exornauit, regni que limites vt que adeo protulit, vt non solum Troiæ, sed totius ferè Asia rex videretur. Hecubam filiam Cissei regis Thraciæ vxorem duxit, habuitque, teste Cic. Tus. Quæsi. lib. 1. filios quinque, quorum decem & septem ex iuxta vxore sunt nati, ex quibus fuit & Paris, qui repetiturus Hestionem sororem in Græciam profectus, Menelao Helenam vxorem rapuit, vnde ortum est bellum decennale à Græcis in Troianos, in quo vidit, filios suos ferè omnes ab hostibus interfectos. Tandem capto Illo & ipse à Pyrrho Achilles filio occisus est prope aram Iouis Hercati, in sanguine Politæ filij, vt est apud Virgilium lib. 2. Æneid. Forsitan & Priami fuerint quæ fata requiras, &c. At verò Ili frater Aslaracus Capyn genuit, ex quo Anchises, & ex illo Æneas. Ouid. lib. 4. Fastor. [ Ouid. 13. Metam. Et moueo Priamum Priamoque Antenora iunctum. ]

¶ A Priamo fit Priamides patronymicum prima longa: & Priameius, a, um, prima breui. [ Ouid. 13. Metam. Priamidem Helenam rapta cum Pallade captum. ] Fuit & Priamus alius Politæ filius, superioris nepos, quem Æneas ex Troiâ excidio secum in Italiam duxerat. Virgil. 5. Æneid. Vna acies iuuenum ducit, quam paruus ouantem. Nomen aut referens Priamus, tua clara Polite Progenies auctura Italos, &c.

PRIAMONNESVS, πριαμόννηςος, Insula, est in sinu Ceramico. Plin. lib. 5. cap. 32.

PRIAPVS, pen. producta, πριαπος. Liberi patris & Veneris filius, quem superstitiosa antiquitas hororum præsidem credidit. GER. Ein Gott der gärten/ den malet man mit einem vass vnd einem man lichen



māntidē q̄tib. } *Horat. 1. Serm. Satyr. 8.* Olim truncus etiam ficulnus mutae lignum. Quom fāber addubitan scammum faceretne Priapum. Maluit esse deum: hinc ego furum, autūmque Maxima formido. Idem & Lampfacenus dicebatur à Lampfaco non ignobili Troadis vrbe ad Hellepontum fra, in qua & natus creditur. \*Est & Priapus Helleponti vrbs, *teste Pl. lib. 5. cap. 32.* à Priapo, Liberi & veneris filio, condita: coeptus est enim ibi coli ob vinea vberima, quę iuxta in Patiana & Lampfacena regione sunt, *autore Strabone.*

**Priapea**, *απριπαια*. Carmen obscenum, quod nonnulli Virgilio, alij Ouidio, alij alijs ascribunt.

**Priapismus**, *απριπαισμος*, *απριπαισμος*. Morbus est quem genitale mēbrum in longitudinem proceditur, & in circulum intumescit sine Veneris appetitu: quod vitij genus iis pōssimum solet vsu venire, qui supini cubare consueverunt. Ratio nominis deducta est à Priapo obsceno hortorum deo, quod qui hoc vitio laborant, colem iusto maiore habere consueverint, & instar Priapeij membris assidue extensum. *Vide piura de hoc apud Galenum lib. 6. de Locis affectis.*

**Priapus**, Helleponti vrbs, *teste Plin. lib. 5. cap. 32.* Priapo Liberi & Veneris filio condita seu vt alij volunt à Milesis nomine Priapi. Coeptus est enim ibi coli ob vinea vberima quę iuxta eam in Patiana & Lampfacena regione sunt, *autore Strab. libro primo.*

**Pridem**, temporis aduerbium, Paulo antē, vel parua tempore prius } *ἔμπροσθεν*. *heb. ἔμπροσθεν*. **GALIC.** Il y a long temps **ITA.** Già tempo ha gia buona pezza de tempo. **GERM.** Briang, est hieut/ vor etlicher zeit **HISP.** Dias ha ya tuenguo tiempo. **ANGLI.** Long syne, a great while agoe } *Plin. lib. 7. cap. 16.* Ipsi veropridem vidimus ea omnia præter pubertatem in filio Cornelij Taciti Equitis Romani. [ *Plau. Amphitru.* Quandudum istuc factum est iam dudum pridem, modo ] Aliquando etiam de longiore tempore dicitur, multo antē, vel multo tempore prius, *αὐτὸ πάλαι*. *Apuleius*, Quod pridem Plato affirmauerat. Quod si cum pridem aut dudum addamus non vel quām, vel ita, significant multo tempore antē. *Cicero pro Quint. Roscio*, Quam pridem Fanni nomen in aduersaria retulisti? Hoc est quām multo tempore antē. *Terenius in Eunuc.* Huc euasit, quam pridem pater mihi & mater mortui essent. Id est quantum temporis præterisset. *Cicero in Bruto*, Nostra autem ciuitate non ita pridem dominatu regio liberata. (id est non multo tempore antē.) *Vide Vallam l. 2. c. 34.*

**Pridicē**, aduerbium, & Pridianus, a, um, *vide in dictione POSTRIDIE.*

**Priēnt**, *πριεντιν*. Vrbs maritima (vt inquit *Strabo lib. 12. 13. & 14.*) quę inuectū Mæandri fluminis inter ipsam, Miletum que labentis mediterranea facta est. Biante alumino nobilis qui patria aliquando ab hostibus capta quæ reliqui omnes fugientes aliquid rerum suarum asportarent, interrogatus ipse cur adeo nil esseret: Omnia (inquit) mea mecum fero, summas diuitias in animo statuens. *Memini huius Cic. in Paradoxis.*

**Prienātis**, & Prienensis *Sidanius*, Prienæ Bia, quod plus tibi turba malorum.

**Prīmārius**, Primates, Primitiæ, Prini pulvis, *vide PRIMVS.*

**Primus**, a, um, Quandoque ad numerum seu ordinem refertur quem admodum & secundus, & tertius. } *πρῶτος* *ἰσχυρόν*. **GAL.** Premier. **ITALI.** Primo. **GERM.** Der erst. **HISP.** Cosa primera en orden. **ANG.** The first. [ *Gethib. cap. 7. lib. 7.* Primus ad primus primam syllabam habent acutam. Primus heres *Vide Heres*, supra. Quid primum caueam nescio *Pl. p. se. 2. a. 5.* Primus, & vnam vltimus (Sylla) præscriptionis exemplum inuenit. *Velleius*. Post primas acies vrbis se mœnibus continere. *Ouid. 13. Metam.* Dabo ei talentum qui primus talentum excurret. *Plau. Mofell. se. 1. a. 2.* prima via inducamus hæc esse vera (id est initio persuademus.) *Plau. Milit. se. 2. a. 2.* Prima luce. *Cesar l. 1. de bell. Ciu.* prima nocte, *idem lib. 3. de bell. Ciu.* In primam lucem differre conuiuia *Sueton. in Cas. cap. 52.* Primaque sunt illis data tempora, cætera vobis. *Ouid. 13. Metam.* Primaque lux nostri tecum fuit illa periculi. *Ibid.* Obrulimus quia nos ad prima pericula simus inhonorati? *Ibid.* post primam facem. (id est post primam noctem.) *Gell. cap. 2. li. 3.* Prima vespera. *Vide Vesper.* *Terenius in Adelph.* Primus sentio mala nostra, primus recessio omnia. *Virg. 2. Aeneid.* Primus ibis ante omnes, magna comitante caterua, Laocoon ardens summa decurrit ab arce. *Cicero Appio lib. 3.* Prima duo capita epistolæ tuæ tacita mihi quodammodo relinquenda sunt. *Plancium Ciceroni lib. 10.* Primæ tuæ sententiæ infinitis cum iungitur, posteriores ad tēpus arbitrium que amicorum meorum compositæ. *Horat. 2. Epistol. 2.* Extremi primorum extremis vsque priores. Iungitur autem frequenter apud bonos autores cum quoque: vt, Primo quoque tempore, primo quoque die, *Lin. 6. ab Vrbe.* Decreuerunt vt primo quoque tempore de ea re ad populum ferretur. *Cæs. 6. bel. Gall.* Cupiebat Cæsar, si qua conditio desisset, aduersarios in æquum locum deducere, & primo quoque tempore bello decernere. *Pompeius ad L. Domitium.* Vt primo quoque Luceriam aduenires. ¶ Prima quaque occasione, id est vbi primum se vlla offerret occasio. *ἡ πρώτη ἀφορμή*, *ἡ πρώτη ἀφορμή*. *Plin. l. 10.* Proinde prima quaque occasione mitte. ¶ Quandoque idem valet quod princeps. *Virg. 1. Aeneid.* Prima quod ad Troiam pro charis gesserat Argis. ¶ Quandoque ponitur pro optimo, sicut & prior pro meliore *αὐτὸ πρῶτον*. *Idem 9. Aeneid.* primos iuuenum tot miserit Orco. [ *Lucretius*, *Initio lib. 9.* Primus bellator, (id est præstantissimus.) O inter dilectos pars prima fodales. *Ouid. Eie. 9. lib. 4. Trist.* ] ¶ Quandoque pro præcipuo. *Idem 12. Aen.* quantos primus patiare labores. ¶ Quandoque pro eo antē quem nullus est, *Vide*

*gl. 1. Eclog.* Hic mihi responsum primus dedit ille petenti. A primo, pro ab initio. *Cic. Astic. lib. 8.* Hoc à primo cogitauit. *Eidem libro 9.* Tuas nunc epistolas à primo lego. *Idem libro 16.* Vnam à primo ita tibi esset visum. ¶ Prima, plurali numero, pro principis. *Lin. libro 1.* Quod bellum si prima satis prospera fuissent, haud dubiè peruenisset ad Romanos *Cic. 1.* Adeoque aciem versatidem poluit, vt qui vltimi stabant ne circumirent, verti tamen, & statim circumagi possent: itaque non prima quàm latera, non latera munitiora fuisse quàm terga. *Tacit. lib. 18.* Quoniam prima consiliorum frustra ceciderunt.

¶ Primis labris gustasse. *Cicero 1. de Natur. deo.* Hunc censes primis (vt dicitur) labris gustasse physiologiam, id est naturæ rationem, qui quicquam quod ortum sit, putet æternum esse posse? Hinc hunc aduerbia, Primò, Apprimè, Primum, Primitus, In prius, cum primis, *de quibus suis locis.*

**Primæ**, arum, pluralis tantum numeri, idem valet quod primæ partes, vel primus in re aliqua locus. } *πρῶτα* *ἰσχυρόν*. **GA.** Les premières parties. **ITAL.** Le prima parti. **GERM.** Der surs nemptst theist eder ord der vor zug eder vorstij **HISPANIC.** La ventaja à mayores las primeras partes. **ANG.** The first partes or place in any thing. } Vnde primas ferre, vel tenere dicitur qui primum in re aliqua locum obtinet. *Cicero in Bruto*, ex his Cora & Sulpitius, cum meo iudicio, tum omnium facile primas tulerunt: id est sapientissimi & doctissimi habiti sunt. *Et iterum*, Erat excellens iudicio vulgi, & facile primas tenebat. *πρῶτα* *ἰσχυρόν*. *Idem de Clay Orat.* Primas in causis agebat Hortensius.

¶ Dicimus id eadem significatione, Concedere, & dare primas alicui. *Cicero 2. de Orat.* Non possum equidem non ingenio primas concedere. *Idem 8. Philipp.* Pater tuus quo vtebar scne autore adolesechs, homo seuerus & prudens, primas omnium ciuium P. Nasicæ, qui Tiberium Gracchum interfecit, dare solebat.

Deferte primas alicui: pro tribuere principem locum. *Cicero 1. de Natura deorum*, Ad quem tum Epicurei primas ex nostris hominibus deferebant. *Idem ad Asticum libro 1.* Amoris erga me, quom à fraterno amore, domesticoque discessi, tibi primas deferō. Id est post eos ille es qui maximo me amore prosequeris. *Idem in Orat.* Cui primæ sine controversia deferebantur.

**Primum**, aduerbium, Primò, primo loco. } *πρῶτον* *ἰσχυρόν*. **GA.** Premierement. **ITAL.** Prima, primamente. **GER.** Von erst sien eder zum ersten. **HISPAN.** Primeramente. **ANG.** Firsi. } Ab hoc sunt composita, quamprimum & vt primum. [ *Vt* vbi primum est licitum properari abire. *Plau. Men. se. 2. a. 4.* Iam dudum factum est cum primum bibi. *Plau. Asin. se. 2. a. 5.* Omnium primum. *Plau. Mofell. se. 1. a. 2.* Omnium primum, Alcmena geminorum peperit filios. *Plau. Amphitru. se. 2. a. 5.* Primum omnium Alcimenæ vltimam corporis cepi. *Plau. Amphitru.* Omnium primum salutem dico patri & matri. *Plau. Capt. se. 2. a. 2.* Primum dum. *Plau. Mofell. se. 2. a. 2.*

¶ Primò dum *Plau. Capt. se. 2. a. 1.* Multis est opus militibus, Primum dum pistonibus scilicet.]

¶ Ponitur autem aliquando in oratione nulla alia sequente clausula. *Plautus in Asin.* Censē tu illum hodie primum ire al fuerum in ganeum? Aliquando alia sequente clausula, cui præponitur præterea, vel deinde. *Terenius in Adelph.* Næ ego lon infalci? primum fratrem nulquam inuenio gentium: Præterea autem dum illum quero, à villa mercenarium vidi. *Idem in Prolog. Heauton.* Id primum dicam: deinde quod veni cloquar. Nonnunquam sequitur tertia clausula, cui præponitur postremo. Aliquando pro postremo bis subiungitur deinde.

**Primò**, Initiò, principiò, vel ante omnia. } *πρῶτον* *ἰσχυρόν*. **GA.** Au commencement. **ITAL.** Prima, nel principio. **GERM.** Erstlich/von ersten. **HISPAN.** Primeramente. **ANGLI.** First or in the beginning. } *Terenius in Phorm.* Cœpi aduersari primò, ¶ Primitè dixit *Pomponius in Maccis*, geminis prioribus. Bono animo est, eripis primitè. *vide infra.* ¶ Primè, *Næuius in Acontizomenus* fabula est primè proba, *Sossipater lib. 11. Gram.*

**Primulus**, penultima corr. diminut *Plautus in Amph.* Primulo diluculo abiisti ad legiones. *ἡμῶν ἰσχυρόν*.

**Primulum**, adverb. *αὐτὸ πρῶτον ἢ ἄλλο*. *Terenius in Adelph.* Paulatim plebem primulum facio meam. *Plau. Men. se. 1. a. 5.* Nam tum dentes mihi cadebant primulum. [ *Plau. Men. se. 5. a. 5.* Occæpat infanire primulum.]

**Primarius**, a, um, Primus, princeps, sumus. } *πρῶτος* *ἰσχυρόν*. **GALL.** Premier, qui est vn des premiers. **ITAL.** Primario. **GER.** Das erst eder sui nemptst. **HISP.** Cosa primera en dignidad. **ANGL.** The first, chief or principall. } Primarius lapis, qui primus in aliquo ædificij fundamenta ponitur. Primarij ciues, qui primi sunt in ciuitate, qui principes ciues, & vni principes dicuntur. *οἱ πρῶτοι ἰσχυρόν*. *Cic. 5. Verr.* Hæc omnia doceo ciuitatum & priuatis primariorum virorum testimonijs. *Plin. lib. 7. cap. 43.* Voluisse enim primarium bellatorem esse, optimum oratorem, fortissimum Imperatorem, &c. *Plautus Stich.* Quin vos capitis conditionem ex pessima primariam? *Terenius Phorm.* Neque huius sis veritus famina primariæ? *Quin tu nouo modo ei faceres contumelias Primario loco esse. Cicero 3. de Emib.*

**Primates**, Diētī sunt qui & summæ rei sue optimates, qui sunt primi in ciuitate. } *πρῶτοι* *ἰσχυρόν*. **GA.** Les premiers & principaux. **ITALIC.** Primati. **GERM.** Suenempten zu eberst am brätstijend. **HISPAN.** Los principales del pueblo. **ANGL.** The principalls or nobles. }

**Primatus**, huius primatus, pen. prod. mascu. gen. Ipsa primatum



dignitas siue ordo, principatus.  $\text{πρῶτος}$  *prōtos*. *Principatus*, *primatus*. *IT.* *Principato*, *primo luoco*. GERMANI. *Der furnempsten oder obersten Gade vnd wurde*. HIS. *Primeria en dignidad, principado*. AN. *Principalisie or primacie*.  $\text{Plin. lib. 15. cap. 12. Primatum mutauit Cæsar Idem lib 8. cap 5. Ob id phaleris argenteis, quo maximè gaudent, & reliquo omni primatu donauit. ¶ Primatum dare alicui vel Varro 1. de Re rust. cap. 37. Alij dant primatum bonis pratis, vt ego quoque: à quo antiqui prata parata appellabant.$

*Prīmāni*, Primæ legionis milites dicebantur, quæ admodum Secundani, secunde, Tertiani, tertie,  $\text{οἱ πρῶτοι, οἱ δευτεροτατοι, οἱ τρίτοι, οἱ τεταρτοτατοι}$ . Tacit. *Annal. lib. 1.* Primi stratis, vna & vicefimanorum principibus, aquilam abstulere. Primanus Tribunus is, dicebatur qui primæ legionis tributum scribebat, *vt tradit Festus*, citans Catonis orationem quam de suis virtutibus contra Thermum habuit.

*Prīmōres*, aliquando adiectum est, ac valet idem, quod summi vel extremi.  $\text{רַשְׁיִם}$  *rashim*  $\text{גְּבֻהִים}$  *ghedhulim*  $\text{פְּרִימִים}$  *farim*  $\text{פְּרִימִיָּם}$  *prymim*,  $\text{οἱ πρῶτοι, οἱ ἀριστοι}$ . GALLI. *Les premiers*. ITALI. *Primi, primarij*. GERMAN. *Die vortersten oder anfristen*. HIS. *Los primeres*. ANG. *The noble and speciall men*.  $\text{¶ vt Primores vngues, Primores digiti, Primores nares, Primoribus labris: nam in neutro genere reliquos casus non habet. Primores (inquit Nonius) dicuntur summe quæque res. Lucil. li. 8. Satyr. Gallinaceus quæ victor se gallus honestè sustulit in digitis, primoresque erigit vngues. Plaut. in Bacch. Sic hos digitulis duobus sumebas primoribus? Idem in Trinummio, Atque etiam modo versabatur mihi in labris primoribus. * Primoribus labris gustare, est leuiter quippiam attingere, & quod barbè dicitur, superficialiter. Cic. pro Cælio, Equidem multos & vidi in hac ciuitate, & audiuo, non modo qui primoribus labris gustassent genus hoc vitæ: & extremis (vt dicitur) digitis attingissent: sed qui totam adolescentiam voluptatibus dedissent, emerfisse aliquando. [ Gell. cap. 4. lib. 10. Primores labias emouemus. ]$

$\text{¶ Primores viri, hoc est primi, siue optimates. Suetonius, Scripta famosa, vulgò que edita, quibus primores viri ac fœminæ vocabantur, aboleuit. [ Idem Suet. in Cæs. cap. 16. Per primores viros egit ei Senatus gratias. Plaut. Amph. Amphitruo delegit viros primorum principes. Eos, legat Telebois. ]$

$\text{¶ Accusarium singulare protulit Gellius lib. 16. cap. 5. Animaduerti quosdam (inquit) haudquaquam indoctos viros, opinari, vestibulum esse partem domus primorem, quam vulgus atrium vocat. Et Caro cap. 81. Surculos in terram deprimito, extollitque primorem partem.$

$\text{¶ Pōnitar aliquando primores substantiæ pro optimatibus. Linus 1. ab Vrbe, Restitute Romani tanquam cælesti voce iussisse ad primores Romulus prouolat. Virgilius. 9. Æneid. Proinus armati incedunt: quos omnis euntes Primorum manus ad portas, iuuenumque, senumque Prosequitur votis. Vbi Seruius, Primorum: genitiuus hic venit ab eo quod est, hi Primores, sicuti hi Procetes quorum nominum nominatiuus singularis non inuenitur, licet dicamus, huius primoris. Horat. 2. Serm. Satyr. 1. Primores populi arripuit, populumque tributum. ¶ Nonnunquam pro dentibus anterioribus qui primi in dicendo retereunt: Græce  $\text{πρῶτοι ὀδῶν}$  dicuntur. *Plinius libro 11. capite 37. Terrestrium minutis quadrupedibus primores bipi vtrinque longissimi. Ibidem, Capræ superiores dentes non sunt, præter primores geminos.*$

*Prīmāuus, a um, In primo ætatis flore constitutus, æuo & ætate primus.  $\text{ὁ ἀρχαῖος ἢ τῆς ἀνιῆς}$  G. De la premiere aage, le plus aagé, ou plus vieill. IT. *Dietastoria. GERMA. Der ersten blühenden alters* HIS. *Cosa de la primera edad, ANG. The eldest, or of the first age. [ Vbi 9. Æneid. - Vix vnus Helenor, Et Lycus elapsi: quorum primæuus Helenor, Idem 10. Æneid. - primæuo corpore Lausus. Idem 7. Æneidos, primæuo flore innocentus.**

*Prīmīceriūs, à cera ( vt auctor est Hieronymus in Chronicis, & Cassiodorus in Epistol. ) dicebatur notarius principis qui cæteris honore antecedebat Antiqui enim in ceratis scribebant. Idem & Græce  $\text{ἐρωτηματογράφος}$  dicitur. \* *Rhenanus Frigidus in Histor. Honorij & Theodosij. Rusticus Agretinus ex primicerio notariorum Iouini, multique nobiles apud Aruernos capti. Ad eundem eam modum secundicerius dicebatur qui secundum inter principis notariorum gradum obtinebat. \* Dicitur autem Primicerius, non solum primus notariorum, sed etiam primus aliarum dignitatum. Ammian. Marcell. lib. 18. Inter quos etiam Valentinus ex primicerio protectorum tribunus. Hier. in Chron. Euseb. Iouinianus ex primicerio domesticorum, imperator est factus.**

*Prīmīgeniūs, a um, Primitiuus, quasi primogenitus.  $\text{בְּכֹר}$  *bechor*  $\text{אֶרְבֵּי הַבְּכֹרִים}$  *arbei bechorim*. GALLI. *Premier né, cree, engendré*. ITA. *Premieramente, generato, primogenito*. GERMANIC. *Erstlich erboren, anfanglich*. HIS. *Primero engendrado*. ANGLI. *The first begotten*.  $\text{¶ Vnde Primigenia femina dicuntur quæ à natura nobis infra sunt, quæ Cicero prima naturæ, & Græci τὰ ἀπὸ τῆς φύσεως}$  appellant. In his numerant incolumitatem, conseruationemque omnium partium, valetudinem, sensus integros, doloris vacuitatem, vires, pulchritudinem, cæteraque huiusmodi. *Varro 1. de Re rust. c. 40. In his intus primigenia femina dedit natura.**

$\text{¶ Primigenia pecuaria. Varro libro 2. capite 2. Dicam de primigenia pecuaria, id est de ouibus quales sint ad fœcuram viles. ¶ Verba item vocantur primigenia, πρῶτον γενητόν, vt lego, scribo, quæ non sunt profecta ab alijs, sed suas quasi radices miserunt. ¶ Item primigenius sulcus dicitur, esse Festo, qui in condeuda noua vrbe iunctis tauro & vacca designationis causa imprimebatur. ¶ Et primigenia iura, primi & maximi natu filij τὰ πρῶ-$

*γενήματα.*  
 $\text{¶ Primigenia fortuna. Cicer. 2. de Legib. Fortunaque sit vel iustice dici: nam valet in omnes dies, vel respiciens ad opem ferendam: vel fors, in quo incerti casus significatur magis: vel primigenia à gignendo. Lin. lib. 34. Et ædem Fortunæ Primigeniæ in colle Quirinali dedicauit Qu. Martius Ralla, Duumuir ad id ipsum creatus.$

$\text{* Primigenus a, um, aliud Adiectiu. pro eodem. Lucret. lib. 2. Multaque post mundi tempus genitale, diemque Primigenus maris & terræ, solisque coortum, &c.$

*Prīmītiuius, a, um, Quod aliunde non habet originem.  $\text{ἄπρωτόγονος}$ . GALLI. *Primitif, premierain, premier*. ITALIC. *Primitiuo*. GERMANI. *Unsentlich oder vsprunglich*. HISPANICE, *Cosa primero engendrada*. ANG. *The first, shew cometh not of an other*.  $\text{¶ Vnde & primitiua verba que aliunde non detiuantur vt Amo, Primitiui anni. Columell. de Arbor. cap. 23. Ea res & fertilem arborem reddet, & primitiuis annis fustum vinofum: postea vero etiam dulcem, & apyrinum.$*

*Prīmīpārā, penultima corrept. Dicitur fœmina in quouis animalium genere, quæ primo peperit.  $\text{ἄρρωτότοκος, ἢ}$  GALLI. *Qui accouche de son premier enfant*. ITALICE, *Di primo parto*. GER. *Die zum ersten gebirt*. HISP. *Hembra primeriza*. ANGLIC. *That is broggt a bed of hir first child*.  $\text{¶ Plin. lib 8. cap. 40. de canibus, Et ab ea quæ fœmina fit ex primipara genita, citius cerui.$*

*Prīmīpilus, li, Centurio primæ cohortis, vt Lin. lib. 7. scribit, πρῶτον μίλιον. Nam ordo partes tres habebat, quarum vnam quamque primipulum vocabant. *Ibid. Id propter. P. Solonium postulatam est à coniuuratis qui alternis propè annis & Tribunus militum, & primus Centurio erat, quem nunc primipulum appellant, Cæs. 2. bell. Gall. In his Primipilo P. Sextio Baculo fortissimo viro, multis grauibisque vulneribus confecto. Primipilus ( vt ait Vegetius. l. 2. ) cccc. milites ducebat in prima acie, eratque caput legionis. [ Centuria peditum est. Centum pedites qui sub vno vexillo gubernat, Centurio appellatur. Sed aliud erat primili Centurio. Verus enim Consuetudo tenuit, vt ex primo principe legionis promoueretur Centurio primipili, qui non solum Aquilæ præerat, verum etiam quatuor Centurias in prima acie gubernabat. Hic tanquam caput totius legionis merita consecuebatur, & præmia, vt est apud Vegetium lib. 2. In acie vnusquisque ordo tres partes habebat, Earum vnquamque primipulum appellabant, vt ait Linus lib. 8. Est igitur primipili Centurio, qui est primæ legionis. Idem scribit lib. 7. vt primus Centurio sit quem ætate sua primipulum appellabant. ¶ Primipili Centurio qui eundem ordinem duxerat. Cæs. lib. 1. de bel. ciu. Suet. in Calig. cap. 44. Primos pilos adimere Cæturioni. Idem, Primipulum duxit in decima legione. ]**

*Prīmīpilār's dici videtur non tam miles qui sub centurione primipili merebat, quam ipse centurio qui olim præditus erat hac dignitate. Et ea ratione dicitur Primipilaris, qua Consulatis Quintil. lib. 6. cap. 3. An Primipilaris ei testamento sua dederet ordinare suprema iudicia. [ Suet. in Tib. c. 37. ]*

*Prīmīpōtēs Apul. in Asclepio Hermetis, Ille Diuinus & pater, deus primipotens, & vnus gubernator mundi.*

*Prīmīti, s, & Primieus, aduerbia à Primum, primò teste Nonio,  $\text{בְּרִישׁוֹנָה}$  *barishonah*,  $\text{ἀρχαῖος}$ . GAL. *Premierement*. ITA. *Primieramente*. GERMANIC. *Erstlich, anfanglich*. HIS. *P. Primeramente*. ANGL. *First*.  $\text{¶ Lucil. lib. 5. Sicuti quum primitifcos populatè sentis, Varro 2. de Re rust. cap. 2. Pruniceus oritur herba imbribus primoribus euocata. Idem l. 1. c. 31. In vitario primitus quum exit vitis tota refecari solet. Lucr. l. 4. Tum quibus ætatis freta primitus insinuatur.$*

*Prīmītiūs, a, um, Quod in aliqua re primum est.  $\text{ἄρρωτόγονος}$ . GAL. *Premier ou principal*. ITAL. *Principale*. GERMA. *Das furnempst*. HIS. *Primero y principal*. ANGLICE, *The first or principal*.  $\text{¶ Ouid. 12. Met. Ecce rapit medius flagrantem Rhetus ab aris Primitium torrem.$*

*Prīmītiā arum, Primi fructus ex agro percepti qui Deo offeruntur.  $\text{ἄρρωτόγονος}$   $\text{בְּכֹרִים}$  *bichurim*  $\text{ἀρχαῖος ἢ πρῶτος}$ . GALLI. *Premices, les premiers fruits de l'annee qu'on offre à Dieu*. ITA. *Primitie de fructo che se offeriscono a Dio*. GERMA. *Die ei stitng der neuen fruchten*. HIS. *Las primicias de cada cosa*. ANGL. *The first fruites of the yeare offered to god*.  $\text{¶ Prisci enim Romani, teste Plin. lib. 18. cap. 2. non gustabant vina, aut nouas fuges priusquam sacerdotes primitias libassent. ¶ Primitias vitis refecare consueverunt; inquit Colum. l. 4. c. 10. id est prima flagella. ¶ Primitiæ operum. Stat. 2. Thebaid. Tu bellis, tu pace ferēs de morte frequentes Primitias operum, non indignante Diana. Primitiæ armorum. Idem 11. Thebaid. Hæc mihi primitiæ armorum, & rite nefasto Libatus, iussisque mori. Primitiæ lacrymarum, Idem 5. Theb. Primitias egomet lacrymarum, & cædis acerbæ Ante tubas, ferrumque tuli. [ Primitiæ & libamenta artium. Gell. cap. vlt. lib. 20. Primitias (victoriæ) magno seposuisse Ioui, Ouid. 3. Fast. ]$*

*Prīmōdūm, pro primò.  $\text{בְּרִישׁוֹנָה}$  *barishonah*.  $\text{¶ Plaut. in Capt. Primodum opus est pistoriensibus.$*

*Prīmōgēniūs, inquit Hieronym. contra Heluidium, Est qui aperit vuluam, & ante quem nullus est genitus, non is quem frater post genitus sublequitur.  $\text{בְּכֹר}$  *bechor*  $\text{ἀρχαῖος ἢ πρῶτος}$ . GALLI. *Premier né*. ITA. *Primogenito*. GER. *Ein erstgeborner*. HISP. *Primero engendrado*. ANG. *The first begotten*.  $\text{¶ Nam & omnis vnigenitus est primogenitus. Alioqui si non primogenitus esset nisi tantum quem sequuntur fratres, tandiu sacerdotibus primogenita non deberentur, quandiu & alia fuerint procreata, ne forte partu non sequente vnigenitus sit, & non primogenitus. Est igitur primogenitus, non post quem alij sed ante quem nullus est genitus. Plin. lib. 11. cap. 40. Primogenitis in quacunque parte$*



sues primas premunt. Intellige mammas. Quamquam ibi in ple-  
nissime exemplaribus Primis generis, legitur, diuisis dictionibus: &  
prebent pro premunt.

Primordia, Quæ primo ordinur, hoc est initia. { פרימוריא reschib.  
מאמצותי, ארצי GAL. Commencement. ITA. Principij. GER.  
Die ersten anfang. HIS. Comienços. ANG. The first entrances or begin-  
nings. } Prim. lib. 11. cap. 1. Quamobrem par est ordinem vite, &  
arbores ante alia dicere, ac moribus primordia ingerere. Cicer. in  
Parit. Ut Primordia rerum & quasi præcæsentia, in quibus inest  
aliquid argumenti.

¶ Belli primordia, Stat. 2. Achill. Dicendi primordia. Quintil. lib.  
1. cap. 9. Gentis primordia, Ouid. 5. Metamor. Aspice, ait, Peseu no-  
stræ primordia gentis.

Princeps, principis, [ dicitur quod primus capiat vt particeps Pa-  
læmon, vel quod primus sit caput, vt Quinticeps, Sexticeps Pas-  
ser. ] Proprie idem est quod primus. { פרינץ הנרישחון. ארצי.  
GALLIC. Prince. ITA. Principe. GERMANIC. Ein furneybster oder  
Oberster in furst. HIS. Principe d'vayon principal. ANGLI. A prin-  
ce. } De Principe Senatus. Gel. cap. 10. lib. 4. Plau. Amph. Amphitruo  
delegit viros primorum principes: Eos legat Telebois Prin-  
cipes iuuenturis. C. & L. Cæsar. Senec. de Consul. ad Polyb. cap. 15.  
Ouid. 6. Fast. Princeps Dearum, Cæs. lib. 1. de bel. cin.

\* Qui princeps nuncium attulit, ( id est primus. ) Item Princeps  
regis ( id est puerorum agentium in scena. ) Suet. in Calig. ca. 58.  
Princeps iuuentutis. Suet. in Calig. cap. 15. & se neque ciuem, neque  
principem Senatui amplius foie. Idem ibidem cap. 49. Ouid. 2. Fast.  
Tu domini nomen ( Romule ) Principis ille tenet ( Augustus. ) Cic.  
3. Ver. Sicilia princeps se ad amicitiam populi Romani applicuit,  
& prima omnium prouincia est appellata idem de Orat. Herodo-  
tus ille, qui princeps genus hoc ornauit. Ibidem. Gorgias princeps  
ex omnibus ausus est, &c. Virg. 9. Æneid. Princeps adentem con-  
iecit lampada Turnus, hoc est primus coniecit. Sic Ianuarius Co-  
lumbella principem mensem appellat, lib. 11. cap. 2. Principem lo-  
cum vel gradum obtinere, hoc est primum vel præcipuum. Cicero  
pro Dom. sua. Locum principem auctoritatemque in salute mea  
tenuistis. [ Sueton. in Cæs. cap. 51. Principem in ciuitate tenere, id est  
primum. ]

¶ Ab hac significatione manauit vt qui in ciuitate reliquis aucto-  
ritate antecelleret, qui que primus dignitatis locum obtineret,  
Princeps appellaretur. { נגיד נגידה נשיא נאסי נשיא. } Cicer. pro  
Domo sua. Ciuitatis longè princeps Pompeius. Idem 8. Philipp. O-  
dij immortales, quam magnum est in ciuitate locum tueri prin-  
cipis Plin. lib. 7. cap. 3. Fuit inter principes ciuitatis sine potencia,  
sine inuidia. Dearum princeps Iuno. Ouid. 6. Fast. Curigitur regi-  
na vocor, princepsque dearum? Romani item Imperatores suos,  
quod Regum nomen eis esset odiosum, Principes appellauerunt.  
Ouid. 4. Trist. Elg. 4. Nec tamen officium nostro tibi carmine fa-  
ctum, Principe tam iusto, posse nocere puro In militia Romana  
principes dicebantur secundæ aciei milites, ex robustiore setæ æ-  
tate collecti & armis maximè insignes. Ita enim apud Romanos  
acies instrucebatur, vt primi hostes aggredierentur manipuli ha-  
statorum ex flore iuuenum pubescensium collecti: qui si hos-  
tem propulsare non possent, à principibus qui omnes scutati e-  
rant, in interualla ordinum recipiebantur: moxque hi in eo-  
rum locum succedebant: hastati autem post eos subsuequebantur.  
Si à principibus quoque non satis feliciter esset pugnam, à  
prima acie ad tertios paulatim referebantur, vnoque agmine  
facto, nullaque spe post se relicta, vni omnes in hostes procedebant.  
Vide Lin. libro octavo ab Vrbe. [ Vell. Princeps luxuria Me-  
tellus. ]

¶ Octauum principem ducere. teste Budæo, est octauum ordinem  
ducere inter principes. Cicer. ad Brutum, Cretensi bello Metello  
imperatore, octauum principem duxit.

Principalis, Principale, Quod primum & præcipuum est, aut quod  
Principis est. { פרינץ הנרישחון. ארצי. GALI. Principal.  
ITA. Principale. GERMANIC. Das furneybste. item, first. HIS. PAN.  
Principal. AN. G. Chiffre au principal. } Quintil. lib. 9. cap. 1. Est igitur  
Tropus, scilicet à naturali & principali significatione translat-  
us ad aliam, ornandæ orationis gratia. id est præcipua. Idem libro  
3. capite 13. Hanc questionem veluti principalem vocant. Idem 14.  
Plinius libro 18. cap. 3. Igitur de cultura agri præcipere, principale  
fuit & apud exteros. Cicero de Fato, Si omnia fata fiant, sequi il-  
lud quidem, vt omnia causis fiant antepositis: verum non  
principalibus causis, & perfectis, sed adiuantibus, & proximis.  
[ Velleius: Principale fastigium Metellus. ] Principale studium  
( id est præcipuum. ) Gell. cap. 10. lib. 13. Principalia verba, vnde  
alia deriuantur. Idem cap. 15. lib. 17. Principalium amorum arbi-  
tria captans. Velleius. Principalis quies. ( id est, Caesatis ) Idem  
Velleius Principalis auctoritas ( id est principis. ) Sueton. in Tib.  
cap. 65. ]

¶ Principalis apparatus, & Res principales, quæ sunt Principis,  
vel Principe dignæ. Tacit. lib. 8. Nullo principali apparatu, sed ve-  
tere egestate conspicuus, Plin. in Paneg. Tanta benignitas princi-  
pistanta securitas temporum est, vt ille nos principalibus rebus  
existimet dignos.

¶ Principalis porta castrorum, inquit Festus, nominatur, quod  
in eo loco est in quo principes ordines tendunt. Linius 4. bell.  
Maced. Duæ legiones duabus principalibus portis signa efferre  
iussit.

Principalitas, Macrobi. Comm. lib. 1. cap. 3. Tria illa quæ sola sunt gene-  
ra principalitatis amplectitur.

Principatus, Dominatus, primæ. Cicer. de Nat. 1. 2. Principatum id di-  
co, quod ἀρχαρχατος vocant.

Principaliter, aduerbium, Præcipue. { αρχικως, ἀρχικως. GALI. Prin-  
cipalement. ITA. & HISPAN. Principamente. GER. Furnemtioben  
oder firststich. AN. G. Chiffre, specialite. } Plin. in Paneg. Quid vi-

ram, quid mores iuuentutis quam principaliter formos? Seneca  
[ cap. 17. de Consul. ad Polyb. ] Ille qui non magis dolere, quam  
gaudere principaliter posset. [ Principaliter dolebat, Cæs.

Principium, principij, Initium cuiusvis rei. { פרינץ הנרישחון. ארצי.  
GAL. Commencement. ITA. Principia. GERMANIC. Ein anfang/erhab.  
HISP. Comienço. ANG. The beginning of any thing. } Cicer. 3. de Fin.  
Omnium rerum principia parua: sed ius progressionibus vltima au-  
gentur. Idem 1. de Natur. deor. Cuius principium aliquod est, eius  
necesse est esse extremum. [ Illud non placet principium de of-  
culo. Plau. Amphitruo. Certum est in te principium vt sum parcus  
experiri ( id est primum. ) Plau. Muffell. se. 3. act. 1. Is est, quem dixi à  
principio. Plau. Copt. se. 4. act. 3. Au audi uultu? Atque à principio  
omnia. Plau. Autul. se. 5. act. 3. ]

¶ Principium dicendi, pro orationis exordio vt exalbescere in-  
principis dicendi, apud Cicer. de Orat. Ibidem. In utroque autem  
dicendi genere & principia tarda sunt, & exitus, tamen spissè &  
producti esse debent.

¶ Interdum accipitur pro fundamento artis vel scientiæ, cui in-  
nituntur reliqua omnia quæ in ea traduntur. Cic. 3. de Leg. Quo-  
circa verèor committere vt non bene prouisa, & diligenter ex-  
plorata principia ponantur.

¶ Interdum accipitur, pro primo illo rerum omnium fonte, vnde  
cætera omnia fluxerunt: atque initium sumferunt. Idem 3. Tuscul.  
Principij nulla est origo: nam ex principio oriuntur omnia: ipsum  
autem ex re nulla alia nasci potest.

Principia, principiorum. [ ut inquit Plutarch. in Galba, Locus est in  
castris vbi habitabat Dux & imperator. Sueton. cap. 6. in Orbene,  
Ad principia deuenit idem cap. 1. ibidem Ausus est ante principia,  
se coram milites punire. ] Locus in acie à principibus militibus  
sic appellatus. Inde, Post principia esse, est esse in tuto, citraque  
periculum. Sumptum à bellis, in quibus tutissimus locus est post  
principia. Liu. Terent. in Eunuco. Tu hocce intrare, hæc ego ero post  
principia. Vide Chil. Eras.

¶ Principia in acie, pro principibus, sæpe apud Lium sumpta.  
Cic. ad Bruum, Spes libertatis nusquam nisi in nostrorum castrorum  
principiis est.

Principio, aduerbium. Primum. { פרינץ הנרישחון. ארצי. GALI.  
Premierement premier lieu, au commencement. ITA. primic-  
rante. GERMANIC. Erstlich anfenglich. HIS. P. Primeramente. ANGL. First,  
in the beginning. } [ Plau. Amphitruo. se. 1. act. 1. Principio, vt illo adue-  
nimus ( Initium narrationis ) Idem Pseu. se. 2. act. 1. Principio tecum a-  
go. Idem Plau. Autul. se. 2. act. 2. Principio nulla turba illic erit. ] Te-  
rent. in Eunuco, Principio vos credere ambos hoc inhi vehementer  
velim. Cic. 1. Offic. Principio generi animantium cum est à na-  
tura tributum, &c. [ Catull. ad Manlium: & qui principio nobis  
dominam dedit, Et qui principio sub terra quæret venas inicitis.  
Catull. de Comm. Beren. ]

\* Principalis, & hoc principale, Quod est primum. Lucr. 1. 2. Aut sine  
principaliali, aliquo leuiore creata est ( Legitur & læuore ) Idem li.  
5. Scire licet cæli quoque idem, terreque fuisse Principiale ali-  
quod tempus, clademque futuram. Id est, in quo principium ha-  
bit.

Prior, prioris, Nomen comparatiuum, quod proprie de duobus di-  
citur. { פרינץ הנרישחון. ארצי. GALI. De deux le premier. ITA.  
Primo di due. GERMANIC. Der vorder. HISPAN. El primero entre dos.  
ANG. The former or first of two. } Cic. in Pisonem, Me Quæstorem in  
primis, Adilem priorem, Prætorem primum populus Romanus  
fecit. Idem de Claris oratoribus, Erh vtrique primas priores tamen  
deferunt Lælio. Sic, priore loco causam dicere. Idem pro Quinsio.  
[ Ouid. Eleg. 1. lib. 5. Trist. Nec probitate tua prior est aut Hectoris  
vxor. Idem lib. 13. Met. An quod in arma prior nulloque sub iu-  
dice veni. Arma neganda mihi: Sequitur, Potiorque videtur. Idem  
Eleg. 4. lib. 4. Quæ facundia prior in Latio non fuit vlla foro. Vell.  
leius: Neque prius, neque antiquius habuit. Plau. p. se. 1. act. 4.  
Volò vt prior occupes adire. ]

¶ Nonnunquam tamen priorem de pluribus dici legitur, vt i-  
dem sit quod primus. Gell. 14. Quotiesque vsuuenisset vt omnes  
isti magistratus, eodem tempore Romæ essent: qui eorum prior a-  
liis esset, ei potissimum Senatus, consulendi ius fuisset. Apul. 1. 2.  
Flor. Vt Hippas è numero Sophistarum est artium multitudine  
prior omnibus, eloquentia nulli secundus.

¶ Priores nostros, pro maioribus nostris dixit. Plin. 1. 3. Epist. 4. Ve-  
niebat in mentem & singulorum hospium iniurias accusationi-  
bus voluntariis executos. Et Virg. 3. Æneid. Sicano prætenta sinu  
iacet insula contra Plemmyrium vndosum: nomen dixere prio-  
res Orrygam.

Priorsum, est το πρώτος. Cui retrorsum opponitur. Macrobi. Satur. 1.  
7. cap. 9. Septem corporei modus, aut enim accedit priorum aut  
retrorsum recedit, &c.

Priscianus, Grammaticus Cæsariensis fuit, qui tempore Iustiniani  
principis floruit. Scripsit de Arte Grammatica ad Iulianum Con-  
sulem: ad Costoem vero Persarum regem librum de Natural. que-  
stionibus: Dionysiumque de Situ orbis Latinitate donauit. Sunt  
qui scribant hunc ab initio Christianum, deinde fidei deserto-  
rem fuisse. Volaterranus.

Priscus, æum, Quod superiori ætate fuit, vetus, antiquus. { קדמון  
kadhmoni ארצי. G. Du viel téps, du téps iadis. I. Antiquo motu. G.  
Mit des vergangnen alter H. Coja antigna, de otro siglo. A. Ancienet. of  
yme. } vt Priscus Larini, qui fuit antequam Roma cõderetur.  
Cic. 3. de Orat. Et illud quod loquitur priscum visum iri putat si  
plane fuerit rusticianum. Virg. 9. Æneid. prisca fides factos sed fama  
perennis. Martians lib. 1. Prisca fides taceat. &c. Gens prisca mor-  
taliu, Horatius Epod. 2. More prisco. Ouid. 10. Metamor. ph. Hæc  
prisco more Dialis erat. Religio prisca. Ouid. 10. Metamor. ph. Seueritas  
prisca. Cicer. de Arusp. resp. Cuius priscam illam leuena-



tem sacrificij, meriscētua foror existimatur imitata. [Tibull. lib. 4. Sed generis priuscos contendis vincere honores. Ovidius lib. 5. Fastorum. Tu quoque priuscorum virga simulacra vixorum &c.]

Priusca, adverbium, Priuscorum more. ἄρχαῖος, παλαιός. GALLIA la vieille mode, à l'antiquité. ITALIC. All'antica, dal tempo antico. GERM. Aus die welsch edez gattung. HISP. A guisa y manera antigua. ANGL. After the manner of the antiquities. Cic. pro M. Caelio, Vtrum me secum secures, & grauites, & priusca agere malit, an remissè ac leniter, & vrbane.

Priusca, HELVINIVS, Sub Nerone Quaestor Achaiam administrauit, Quaestoriusque adhuc à Pæto Thrasea gener adscitus, è moribus foci nihil æquè ac libertatem hausit, opum contemptor, recti perpicax, constans aduersus merces, Erant quibus appetentier famæ videretur. Hæc Tacitus. Probus quoque Grammaticus de eodem sic. Priusca (inquit) post damnationem Thraseæ socii sui, interdicta sibi Italia, Apolloniam concessit. Sed post interfectum Nerone restitutus à Galba non aliter quàm in liberæ ciuitatis statu egit. Idem postea Vespasianum in studio libertatis offendit, vt putaret, id oprante Clodio pristinum libertatis statum posse reuocare. Quo nomine reus, ac præter spem absolutus est. Hæc Seneca Probus.

Priusca alter, Panices genere, sophista, Theodosij iunioris epistoliarum magister fuit, qui se scribit à Cæsare missum fuisse oratorem in Scythiam, ad Attilam Hunnorum regem: ac eius regiam pulcherrimè describit, magnifico opere, sumptuosèque factam, Scripsit historiam Constantinopolitanam, & ipsius Artilæ libris viii. Præterea declamationes & epistolas, vt est auctor Suid.

Priusca, a, um, penultima correpta, Quod superioribus annis, mensibus, diebus, nosti a memoria fuit. קדמון קדמון. GALL. Ancien, qui estoit par deuant ou au parauant. ITALIC. Giustato per lo adietro. GERM. Das vordrig oder vorgehend, das vordrig ist. HISP. Primero, antiguo. ANG. Former, that hath bene heretofore or afore tyme. vt Pristina nostra beneuolentia. Dicitur pristinum, vt Pristinum, quasi primitiuum. [Passerat, vel à prius, & tenendo, vel à præstinando dictum putat. Cicero quinto de Finibus, non necesse est & illa pristina remanere. Idem 2. de Diuin. Quod quum accidisset nostræ republicæ, tum pristinis orbari muneribus, hæc studia reuocare cœpimus. Cas. 7. bell. Gall. Tanta tamen vniuersæ Gallæ consensus fuit libertatis vindicandæ, & pristinae belli laudis recuperandæ. Gloria pristina. Virgil. 10. Aeneid. Dignitas pristina. Cicero. Lenculo, libro primo, Aetas pristina, Clad. 3. Paneg. Casul. de Com. Breu. Pristina vota nouo munere dissoluo.]

Priusca, Dicitur etiam pristinum de iis que superioribus ætatibus fuerunt, modo de iis sit sermo que non fenescunt, vt Pharos & Tyrus nunquam in statum pristinum redibunt.

Priusca, Aliquando pristinus idem est quod prior. Curius, Dies pristino procellosior.

Priusca, &c. Die pristini, & pristinae dixerunt olim eodem modo Gell. cap. 14. lib. 10.]

Priusca, pristinale. Columella libro 7. cap. 9 Vel etiam pristinale album pasci potest, Vbi quidam, & forte melius, legunt pristinale.

Priusca, Genus piscis marini longissimi, atque angusti corporis Plinius libro sexto, capite sereno, scribit priuscas in mari Indico ducentum cubitorum esse, balænas quaternum iugerum In hunc piscem fabulantur poëtæ, Scyllæ marini monstri extrema definire. Virg. 3. Aeneid. Prima hominis facies, & pulcro pectore virgo Pube tenus, postrema immani corpore priusca. Ab huius similitudine, nauis oblonga dicta est priusca. Idem quinto Aeneid. Velocem Mæthæus agit acui remige priusca. Vbi Servius, Si nauem, inquit, intelligas, hæc Priusca, huius priusca facit: si de bellua, hæc Priusca, priusca. Etym. tamen ratio priusca & priusca potius scribendum ostendit. Videntur enim deduci ἄριος τὸ ἀριστερὸν τὸ κέρτατον, hoc est à secandis fluitibus.

Priusca, Vid. Priusca.

Priusca, priusca, apud Stephano, Vrbis Volscorum, Camillæ patria. Virg. 11. Aeneid. Pulsus ob inuidiam regno, virèque superbas, Priusca antiqua Metabus quum excederet vrbe. Huius incolæ dicuntur Priuscatæ, quorum meminit Plin. lib. 3. c. 5.

Priusca, priuscatæ: Vt Priuscatæ vinea: quæ inter generosa Italiae numerantur à Plin. lib. 14. c. 16.

Priusca, Viri proprium nomen, apud Maronem libro 9. Priuscanum Capys, &c.

Priusca, gni, Filius mariti, ex alia coniuge, vel vxoris ex alio marito. ἄριστος. GALLIC. Vn beau fils, le fils d'un marié, engendré en vn autre mariage au parauant. ITALIC. Figliastro. GERMA. Ein stiefsohn. HISP. Antenado, ANGLIC. A stepsonne or sonne in law. Brutus Attico, Quanto autem magis illa callere videtur Philippus, qui priusca minus tribuerit quàm Cicero, qui alieno tribuit. Propertius libro 2. Eleg. 1. Pocula priusca non nocitura suo.

Priusca, Cicero ad Attic. libro 13. De vxore Tiberonis, & priusca, neque possum iam abdere, neque volo Tiberonem defendere: obseruandum est non solum priusca, aut priuscam dici qui quæve vxoris meæ filius filiave est, sed etiam qui quæve nepos neprisve est. Iad. priusca. 14. S. vltim. D. de ris. nups. Priusca dictus, inquit Festus, quod prius quàm mater secundo nuberet, genitus. Pri enim veteres pro præ dixerunt. Hæc ille. Verum quid vigneus significat? Itaque dixerim ex Prius & Genitus concretum vocabulum esse: quum fortassis ab initio esset priusca, postea suauitatis causa litera i, interiecta, & e, sublata, factum est priusca.

Priusca, & Priusca, Vide Priusca.

Priusca, comparatiuum, n. g. ἄριστος. GALLIC. Au parauant, deuant, plus tost. ITALIC. Primo. GERM. Das vordrig. HISPAN. Primero. ANGLI. The former. Horat. 1. Ser. Sat. 4. & quod prius ordine verbum est, Posterior facias. Terentius in Eunuch. Si quem hercle possis, nil prius neque fortius: hoc est nihil melius, aut præstantius. Ouidius in Ibin. Neve sine exemplis æui cruciere prioris. Sine tua Troianis non leuora malis. Compellabo hoc prius (pro prior.) Plautus Amphitruo. 4. a. 4. Tu responde prius. (i. prior, quia priorem te interrogo.) Ibidem.]

Priusca, Adverbium, Antè, vel citius. קדמון קדמון. GALL. Plus tost, deuant. ITALIC. Più sesto. GERMANI. Ee oder vordrig. HISP. Ante, mas presto. ANGL. Before. Plautus in Amphitruo. Priusca tua opinione hic adero. Terentius in Heaut. Nam si semel tuum animum intellexerit. Priusca prodicurum te tuam vitam, & priusca pecuniam omnem, quàm abs te amittas filium: huiusca, Quantam fenestram ad nequitiam patefeceris. Virg. 1. Georg. Ac priusca ignotum ferro quàm scindimus æquor. Cicero ad Attic. lib. 4. Nihil priusca mihi faciendum putauit, quàm vt tibi gratularer. Priusca otto sole. Id est, ante solis ortum. Horatius 2. Epist. 1. & priusca orto Sole vigil calamum & chattas & scriinia posco. Dedi tibi illam paulo priusca. Plautus Menæ. 3. a. 4. & 3. a. 5. (id est paulo antè.) Sic: Haud multo priusca. Plautus pseud. 6. a. 4. & 3. a. 3. Priusca illic erimus, quàm tu. Plautus pseud. 4. a. 2. Priusca parui copias (id est antequam agerem. Plautus pseud. 1. a. 2. Is præsentis priusca. Plautus pseud. 4. a. 1. Dico priusca pro prædico. Plautus pseud. 1. a. 1. priusca edico, ne quis capiatur. Plautus Capt. 1. a. 4. (id est, antè) Priusca conuiuæ ambulat, quæ obsonatio redeo. Plautus Men. 3. a. 2.]

Priusca, vna dictione, vel priusca quàm duabus, Antequam. Priusca quàm. קדמון קדמון. GALLI. Premier que, deuant ou auant que. ITALIC. Inanzi che. GERMANI. Dord vnd es/Es dann HISPAN. Antes que ANGL. Before that. Iungitur quandoque Indicatio. Cicero Philip. Priuscaquam de Republica dicere incipio, pauca querat de hesterna M. Antonij iniuria. Plautus pseud. 2. a. 3. Priuscaquam cœnam conuiuus dabis. Idem Curcul. 3. a. 1. Tenne, Priuscaquam habeo, suauium. Ibidem 4. a. 4. Reddi n' an non virginem, priuscaquam te huic macheræ obicio? Ibidem 3. a. 5. Is priuscaquam moritur mihi dedit. Idem Plautus Afin. 3. a. 1. & pseud. 5. a. 1. Indicatio iunxit, & alibi sæpè. Terentius in Heaut. Priuscaquam hanc vxorem duxi, habebam a tibi animum quoniam deditum.

Quandoque coniunctiuo. Sallust. in Casul. Priuscaquam incipias, consulto: & vbi consultueris, maturè opus factu est. Virg. 3. Georg. Continuo ferro culpam compescere, priuscaquam Dira per incautum serpens contagia vulgus. Plautus Mostell. 1. a. 1. Redeat priuscaquam omnia perierint. Idem Men. 3. a. 5. Vt hunc domi deuinciant, priuscaquam turbarum qui faciat amplius.]

Priusca, a, um, Priusca, proprius. ἰδιος. GALLIC. Priusca, propre & particulier. ITALIC. Particolare, proprio. GERMANI. Besonder, oder sonderbar, et/etgen. HISPAN. Cosa propria de cada vno. ANGLI. Priusca, particular or proper. Nonius Priusca est proprium vniuersi usque. Horat. lib. 1. Epist. conductione nauigio æquè Nauisæac locuples, quem ducit priusca tremeis. Antiqui priusca dixerunt pro singulis, vt Gell. lib. 10. cap. 20. De sigulis (inquit) concepta, priusca potius vocari debent: quia veteres priusca dixerunt quæ nos iugula dicimus. Liu. 1. 30. cap. 3. Fœdalia quum in Africam ad feriendum fœdus ire iuberentur, ipsis postulantibus, Senatufconsultum in hæc verba factum est, vt priusca lapides silices, priuscaque verbenas secum ferrent Hæc est singulos silices, & singulas verbenas. Idem Lilius lib. 7. ab vrb. Priusca tunicis donati milites & priusca voces, (i. singula & propria vocabula) Gell. cap. 16 lib. 11. Neque tam aptè demonstrari Latina oratione possunt quæ Græcica dicunt priusca vocibus. Iem Plaut. pseud. 2. a. 3. His discipulis priusca custodes dabo: (i. singulos.)

Sortitio, verbalis, Ipse fortiendi actus. *[Aeneid. GALLI. Leiet du sort ITALIC. Sortitione. GERM. Losfassung/losverffung HISPAN. Odra de sortear. ANGL. A casting of lottes.]* Cic. pro C. Muentio. Ecce tibi eiusmodi sortitio, vt in prius Bulbo & Saleno & Guttae esset iudicandum. *[Ibidem, Stauerunt enim ita maiores nostri, vt si a multis esset flagitium rei militatis admissum, sortitione in quosdam animaduertetur, vt metus videlicet ad omnes, poena ad paucos perueniret. His verbis Cicero morem illum antiquum significat, quo in decimum aut centesimum queneque militem sortito animaduertebatur capitaliter, vnde & legiones decimatas & centesimatas legimus apud Liu. [¶ Sortitio fiebat nominum inter athletas. Gellius cap. 9. lib. 5. Sortitione ductam vxorem repudiare. Sueton. in Tib. cap. 35.]*

Sortitus, tus, mascul. gener. Pro sortitione. *[Aeneid. Cicero pro Domitio suo, Quid, si etiam pluribus de rebus vno sortitu reculisti? Virg. 3. Aeneid. O felix vna ante alias Priameia virgo, Hostilem ad tumulum Troiae sub mœnibus altis Iussa mori quae sortitus non pertulit vltro, Nec victoris heri tergit captiua cubile.]*

\* Sortitor, oris, Verbalis, Qui sortitur. *[Seneca Troa. 10. -& iniquae ferus Sortitor vnae.]*

Sortilegius, gi, penult. corr. Qui per sortes futura praenuntiat, & qui per sortem aliquid eligit. *[Aeneid. GAL. Sorcier, qui deuine par fort. ITALI. Chi con sorte. per dice le cose à venire. GERM. Der auß dem lossen etwas tunffigis iset oder abnimpt. HISPAN. Adivino por suertes. ANGL. A soothsayer by casting of lottes.]* Cic. 1. de Divin. Hæc habui inquis, de diuinatione, quæ dicerem nunc illa testabor, non me sortilegius quidem, nec eos, qui quæritus causa ariolantur, ne psychomantia quidem, quibus Applus amicis tuus vsi solebat, agnoscat. *[Horat. de Arte. -& diuina futuri Sortilegis non discrepuit sententia Delphis.]*

Sortilegium, gi, Sortitio. *[Aeneid. GALLIC. Sorcelerie, diuination par fort. ITALI. Diuinatione con sorte. GERMANIC. Die abnennung tunffiger dinge vom lossen. HISPAN. Diuination por suertes. ANGL. Sorcerie, or wischerie by casting of lottes.]* Plin. accipit pro magicis quibusdam superstitionibus. *[lib. 28. c. 4. vbi ritulus capitis sic habet. De sortilegiis quibusdam, & salua hominis. Quid autem ibi sortilegiorum nomine intelligat, satis declarat capitis totius tenor, quo non nisi vanissimas Magorum persuasiones exequitur.]*

Sorti, aduerb. *[Aeneid. GAL. Par fort ITALI. Per sorte. GERMANIC. Durch das los. HISPAN. Por suerte. ANGLIC. By lotte.]* Virg. 4. Georg. Sunc quibus ad portas cecidit custodia forti. *[Vbi Servius, forti, id est, ex force, vel in sortem. Nam aduerbium, quod traxit à militia.]*

Sortito, ven prod aduerb. Ex sorte vel per sortem. *[Aeneid. GAL. Par fort ITALI. Per sorte. GERMANIC. Mit der losfassung/der ch das los. HISPAN. Sortiendo à per suertes. ANGL. By lotte.]* Cic. 4. Ver. Lex Iouis sacerdotem sortito capi iubet. *[Idem lib. 6. Epist. Eos sortito in prouincias mitti placere. [Plaut. Mil. sc. 6. a. 2. A beo domumne dum absum illis sortito suam.] ¶ Alter accipitur apud Horat. 2. Epod. Lupis & agnis quanto sortito obrigit, Tecum mihi discordia est, hoc est, naturaliter vel occulta quadam fati ratione.]*

Sory, sory. Corpus metallicum, simillimum melanterie, nisi quod hæc densior est, & solidior, illud rarius & fistulosius. Facultates habet, easdem cum chalciti, & misy, astrictiorum videlicet & causticam, crassioris tamen esse essentia: vnde & in metallis infimo loco nascitur, sub chalciti nimirum, quemadmodum & chalcitis sub misy. ¶ Est autem Sory tantum fossile, quod & temporis progressu in chalcitum commutatur quemadmodum chalcitum in misy. Vulgus hodie, vt cætera fere omnia eius generis Viololum appellat.

Sos, Pro eos antiqui dicebant, esse Festo.

SOSANDRA, dræ, ouos, Insula Cretæ adiacens, ita dicta quod incolæ suos à vi Lyctiorum seruauit incolumes. *[Auror Sæp.]*

SOSANVS. Apollinis cognomen, cuius Romæ erat statua ex cædro, è Seleucia aduectæ, esse *[Plin. lib. 13. c. 5.]*

SOSIAS, siue Sofia, σοσιας, Philosophus quidam impius, qui sublata penitus prouidentia, omnia temere ferri asserbat: quo in errore & Euhemerum, & Diagoram, & Hipponem & ipsum etiam Epicurum, versatos accepimus. ¶ Est item hoc personæ protactæ nomen in Terentiana Andria.

SOSIBIVS, σοσιβιος, Grammaticus Lacedæmonius, cuius meminit Suidas. ¶ Fuit & alter Sosibius, homo astutus, qui falso tutoris nomine assumpto, Ptolemæi regnum inuasit, & Lyfimachio Arfinoes filio machinatus est necem.

SOSIGENES, σοσιγηνες, Astrologus insignis fuit, cuius opera vsus est Cæsar, quum annum ad solis rationem redigeret. *[Auror Plinius lib. 18. c. 25.]*

SOSICLES, σοσικλης, Patria Syracusis, poeta Tragicus, circa nouissima Philippi Amyntæ filij tempora, vnus ex iis, quos à fidebris nomine, quod septem numero essent, Pleiadam appellauit. *[Plaut. Men. sc. v. a. 5. Sosicles nomen Menæchmi aui, & Nepotris Syracusij.]* Docuit fabulas LXXXII, victorias reculit septem. *[De hoc Suidas.]*

SOSIPI, Bibliopolæ erant celeberrimi Horacij temporibus, quorum meminit lib. 1. Epist. librum suum alloquens, Scilicet vt prostes Sosiorum pumicè mundus.

SOSIPATER, σοσιπατρις, Nobilis Grammatici nomen, è Caryste Eubœæ oppido. *[Ius meminit Suidas.]*

SOSIPATRA, σοσιπατρα, Mulier è Libya, Edesij sophistæ vxor, quæ ob insignem doctrinam, vancinandi que peritiam à numinibus quibusdam educata credebatur. *[Auror Euanapins.]*

SOSITHVS, σοσιθιος, Poeta Tragicus, patria Syracusianus, vt alij Atheniensis (quanquã non desunt, qui ex Alexandria Troadis ortum malunt) vnus ex iis, qui quod septem essent numero, Pleiades dicebantur. *[Homeri Tragicæ æmulus. Vide Suidam.]*

SOSIPOLIS, σοσιπολις, Louis cognomen apud Magnesium: cuius meminit Strabo lib. 14. ¶ Sosipolis alius apud Eleos colebatur, ita dictus quod ab Arcadum impetu ciuitatem seruasse crederetur. Ferunt enim Eleis aduersus Arcades in prælium exeuntibus, apparuisse mulierem puerum in manibus gestantem, cuius sese & matrem esse dicebat, & in somnis moerantem, vt Elei duce m traderet. Quid multa? credita res: Acceptus à muliere puer, & in ipsa aciei fronte nudus hostibus obiectus: qui in ipso ineundi prælij momento in draconis speciem sese transformauit, tantumque Arcadibus terroris incussit, vt se proclius in fugam conuerterent. Cuius beneficii memores Elei, eo in loco quo draco se recipere visus erat, sacrum extruxerunt, quod Sosipolidi deo dedicauerunt.

SOSPES, sris, gen. eomm. Saluus, incolumis. *[Scholæm. ἰσπ. schalém. ἰσπ. schalém. ἰσπ. GAL. Sauué d'vn danger. ITA. Sano & saluo. GER. Gesund vnd frisch/nuuertent. HISP. Cosa salua de peligro. ANGL. Saue or heale.]* Sospes dicitur is, quem sua spes non fefellit. Nã Festus Sospitare exponit bona spe afficere, vel bonam spem non fallere. *[Passerat, à se (i. seorsum,) & hospes dedit: quasi qui seorsum est ab hospite: vt sobrius à se & ebrius, i. qui seorsum est ab ebrio. Ouid. 4. Fast. Sospes eas, semperque parens (bene precatus.) Idem Eleg. 9. lib. 4. Trist. Et patriam modo sit sospes, speramus ab illo. Idem Eleg. 3. lib. 5. Trist. vers. 5. Quo sospite (Cæsare, sup.) Plaut. Capt. sc. 1. a. 1. Vi vis gnatum tuæ superesse vitæ sospitem & superstitem. Plaut. Capt. sc. 1. a. 4. ]* *[Liu. ab vrbæ, Sospitæque omnes Romam ad propinquos restituit. Virg. 11. Aeneid. -ar non Euan dre pudendis Vulneribus pulsam aspicias, nec hospite dirum Optabo nato fuisse pater. Idem 8. Aeneid. Maxime Teucrorum ductor, quo sospite nunquam Res equidem Troiæ victas, aut regna facebor. Horat. 1. Carm. Ode 36. Vix vno sospes nauis ab ignibus. ¶ Antiqui item sospitem accipiebant pro sospiratore, siue seruatore: vnde Iouem sospitem dixit Ennius, quem alij Iouem seruatorem appellant.]*

SOSPITÆ, æ, pen. corr. Seruatix. *[Moschabâh. σωπιτæ. GALL. Celle qui saue d'vn danger. ITA. Donna che libera y conserva. GERM. Ein heilbringerin/helffeten in der noht. HISPAN. La que libra de peligro saluadora. ANGL. She that is heale and saue or shas preserueh.]* Hoc cognomine Iuno colebatur apud Lanuuios. *[Cic. pro Muræna, Nolite à sacris patriis Iunonis sospitæ cui omnes Consules facere necesse est, domesticum & suum Consulem potissimum auellere. Idem 1. de Diuinat. Quin etiam memoria nostra reimplum Iunonis sospitæ. L. Iulius qui cum P. Rutilio Consul fuit, de senatus sententia refecit ex Cecilia Balaricæ filia somnio.]*

SOSPITALIS, & hoc le, Salutifer, salutaris. *[Moschabâh. σωπιτæ. GALL. Qui deliure de peril, saluaire. ITALIC. Saluisifero. GER. Heilbringend/erhaltend. HISPAN. Saudable, cosa que trae à tiene salud. ANGLIC. That deliuereth frome danger.]* Plautus in pseud. *[sc. 3. a. 1.]* Quis est qui moram occupato molestam obtulit, p. qui tibi hospitalis fuit.

SOSPITO, as, penultim. correpta. Incolumem seruo, sospitem facio, *[Nã, vt ait Festus, sospitare est bona spe afficere, vel bona spem nõ fallere.]* *[Moschabâh. σωπιτæ. G. Garder sain & saue, deliurer de peril. IT. Conservare sano & saluo. GE. Gesund vnd en wotstand erhalten. HIS. Librar à osro de peligro. ANGL. To saue one of danger.]* *[Liuus lib. 1. Pacem precibus exposcunt, vt volens profuturum suam semper sospitet progeniem. [Plaut. Autul. sc. 5. a. 3. Plusplisque sospitent istud quod nunc habes. Idem Asin. sc. 3. a. 3. Sis herum tuis factis sospitari, &c.]*

SOSTRATVS, ouos patri, Insignis architectus qui in ipsula Pharo, iussu Ptolemæi Philadelphii currim extruxit ad ostentandos nocturnos ignes nauigantium que cursus dirigendos, cum humilissimi descriptione, Sostratus Gnidius Dexiphani filius, diis







hæc sponte nascens, & que non queat seua, iunctisque proprie aridi soli, vni terræ dato vitio: namque ad malum telluris est, nec aliud ibi feri aut nasci potest. *Idem lib. 24.* Genista quoque vinculi vsum præstat: flores apibus gratissimi. Dubito an hæc sit, quam Græci autores Sparton appellare, quum ex ea lina piscatoria apud eos factitari docerim. Et nunquid hanc designauerit Homerus, quum dixit, Nauium sparta dissoluta. Non dum enim fuisse Africanum, vel Hispanum spartum in vsum, certum est: & quum fustes fierent naues, lino tamen non sparto vnumq; futas. Semen eius quod Græci eodem nomine appellant, in folliculis phaseolorum modo nascens, purgat hellebori vice, drachma & dimidia porta in aquæ multæ cyathis quarum, ieiunis. [¶ Sparti vsum, quando, & de eo plura: apud *Gell. c. 3. lib. 17.*]

**Spartarium**, rij. Locus sparto abundans. { *απαρίν*. GALLIC. Vn lieu où il y a force genest. ITALIC. Luoco uue sono molte genestie. GERMAN. Ein ort an dem vil pfirmen stehnd. HISP. Lugar de muchas genestras y sparios. ¶ *Plinius lib. 11.* Falso excipiunt spartum: quippe in Hispania multa in spartatis mella eam Herbam sapiunt.

**Spartæus**, a, um, adiectiuum, Et sparto compactum & compositum. { *ἰν ἀσπρίου ἰσπίδος*. GALLI. De genest. ITALIC. Di genestra GERMAN. Nuss pfirmen oder genisten gemachet. HISP. Cosa de genestra. ¶ *Caso de ra Rusp. c. 3.* Trocheas Græcicas binas quæ sparteis funibus ducantur,

**Sparus**, seu sparum, Telum rusticum, in modum pedis recuruum, [¶ *Vide Gell. c. 25. lib. 10.*] { *ἰσπίς ἢ ἰσπίς, ἀσπίς ἢ ἀσπίς, ἀσπίς ἢ ἀσπίς*. GALLI. Petit dard, rustique & militaire ITA. Picciol dardo rustico da guerra. GERMAN. Ein gattung eines hawtengschoss oder yfseito. HISPAN. Pequeno siro rustico para pelear. ANGLI. An uplandish or rustical weapon or dard. ¶ *Virg. lib. 5.* Agrestique manus armat sparus. *Salust.* Sed ex omni copia circiter quarta pars militariibus armis instructa: cæteri vt quosque casus armauerat, sparibus aut lanceis, alij præcutas fudes portabant. *Festus*, Spara, minimi generis sunt iacula: à spargendo dicta, quod passim pugnando spargerentur. *Lucilius*, Tum spara, tum murices, portantur tragula portæ. ¶ Et sparus, *ασπίς*, piscis marini nomen circa vernum æquinoctium patientibus tradidit *Plinius lib. 9. c. 51.*

**Spasmus**, mi, siue spasina atis. { *σπασμός, σπασμός*. GALLI. Spasme, retirement de nerfs ITALIC. Spasmo, spasimo. GER. Der crampff. HISPAN. Pafmo. ANGLIC. The crampe. ¶ Contractio neruorum, rigor siue distentio, conuulsio. A verbo Græco *σπασμα*, quod est cõuulsio. *Plin. lib. 22. c. 8.* Item ex multa auxiliatur renibus stranguræ opisthotonicis, spasmis, lumbis.

**Spasticus**, { *σπαστικός*. GALLIC. Qui a les nerfs retirez ITALI. Chi a gli nerui respirati. GERMAN. Crampffigdem die anderen gestupff sind. HISPAN. Pafmado. ANGLIC. Sick of the cramps. ¶ Dicitur cui aliquid intus conuulsium est *Plin. lib. 31. c. 19.* Radicem decoctam pipere spasticis, euersis, conuulsis suspiriosis salutare.

**Spãthã**, æ, { *σπάθη*. GALLI. Espee. ITALI. Spada. GER. Ein greß schwert oder hawdägen/Ein sanger sebet. HISPAN. Espada. ANGLI. A sword. ¶ Gladij genus *ἰσπίς ἢ ἰσπίς*, hoc est, àlincendo, siue diuellendo: aut certe *ἰσπίς ἢ ἰσπίς*, quod inter cætera significat stringere. *Apuleius*, & militaris sacramenti genium ob amissam spatham verebatur. *Vegetius* gladios maiores spathas vocari docet: minores verò semispathas. Hæc etiam, *ausore Augustino*, dicitur framea, & alio nomine romphæa. ¶ Est item spatha, rudicula qua vimur in versan dis rebus quæ componitur. *Colum. lib. 12. c. 22.* Deinde permisceto spatha lignea. ¶ Spatham præterea vocamus instrumentum illud culinarium, quo spumam detrahimus. ¶ In palmis item spathæ dicuntur, ramuli ex quibus palmulæ dependent: frondis, vt videtur, figura nomen habentes, quæ ad gladioli folium satis accedit, licet duplex sit, minor & tenuior. *Plin. lib. 16. c. 26.* Palma sola in spathis habet fructum, racemis propendentem.

**Spãthallõn**, { *σπαθαλίον*. GALLI. Rameau ou branche de palme avec le fruit pendan. ITALI. Ramo di palma. GERMAN. Ein zweig uoc einem dactelbaum/ an dem die dactelsternen noch hangen. HISPAN. Raximo de dactiles. ANGLI. Abraache of a date tree with the fruite. ¶ diminutiuum à spatha, significans ramulum palmæ cum dactylis inde pendentibus. *Vnde apud Marcial. lib. 13.* Spathaliõ caryotatorum numeratur inter munera tenuiorum, quæ Calendis Ianuarij solent mittari. Aurea (*inquis*) porrigitur Iani caryota Calendis: Sed tamen hoc munus pauperis esse solet. ¶ Est tamen ornamentum muliebre, inter delicias fœminarum annumeratum. A verbo Græco *σπαθαλίον*, quod significat delicias ago & lasciuio. *Plin. lib. 13. cap. 15.* Iuba tradit circa Troglodytarum insulas fructum in alto vocari isidos plocamon, corallio similem, sine folijs: præcisum, mutato colore in nigrum durescere, quum cadat, frangi. Item alium qui vocatur cariolepharum, efficacem in amatorijs: spathalia eo facere, & monilia fœminas. *Plautus Menæchmis*, Amabo Menæchme in aureis da mihi faciendas, pondò duùm numùm spathalia, vt te libenter videam, quum ad nos veneris.

**Spãthês**, *ασπάθη*. Inuolutum est, siue operimentum fructus palmarum adhuc florentium, quo in spissandis vnguentis vtuntur vnguentarij, vt docet *Dioscorides lib. 1.* cui in ea re optime conuenit cum *Theophrasto*, qui *lib. 3. de Plantarum historia* de palmis agens, in eo masculum à fœmina differre scribit, quod mascula prior florem ferat in spathæ. *Plin. lib. 23. c. 6.* spathes, siue elatæ nomine proprium quoddam palmæ genus videtur intellexisse, quod medicinz conferret germina, folia & corticem. *Vide Marcellum in Dioscoridem.*

**Spãthũla**, lz. { *σπαθηλά*. GALLI. Espartule ITAL. Spatia. GERMAN. Ein hawdägen/ in spertum. HISPAN. Spa-

tula. ANGLIC. A listle skliffe. ¶ diminutiuum à spathe, siue spatha, quo *Celsus lib. 8. c. 15.* vsum est pro instrumento chirurgico, ad humeri luxati curationem accommodato. At (*inquis*) si vastus corpus neruue robustiores sunt, necessaria est spatula lignea, & quæ crassitudinem duorum digitorum habeat.

**Spatiũm**, spatij, Capedo, interuallum, tã in temporis quàm loci.

{ *ἰσπίς ἢ ἰσπίς*. GALLI. Espace. ITALIC. Spatio, aglo, tiempo. GER. Ein weyckum zwuyshendallend der begriff. HISPAN. Espacio, anchura. ANGLI. Space. ¶ *Cic. lib. 1. de Nat. deor.* Sidus spatius immutabilibus ab Ortu ad Occasum commeans. *Virg. 3. Georg.* Hic vel ad Elei meras, & maxime cãpi Sudabit spatia, & spumas ager ore cruentas. *Ouid. 2. Metam.* tritumque relinquunt Quadringes spatium, nec quo prius ordine currunt. *Cic. pro Archia.* Quoad longissimè potest mea mens respicere spatium præteriti temporis. *Autor ad Herenn. lib. 2.* Spatium ita consideratur, satine longum fuerit ad eam transigendam: scieritne, satis ad perficiendum spatij futurum. [*Ouid. Eleg. 6. lib. 4. Trist.* Non quæsitã tamen spatio patientia longo. *Idem Eleg. 1. lib. 2. Trist.* Inuida me spatio natura coercuit ardo. (sup. ingeni) *Et Senec. cap. 9. de Tranquill.* Et in Circi & in vitæ spatiis interius flectendum.] ¶ Spatium pro curriculo. *Lucret. lib. 4.* Nam facit ex animo sæpe, & communia quærens Gaudia, sollicitat spatium decurrere amoris. *Cic. in Orat.* Fateor me oratorem, si modo sim, aut etiam quicumque sim, non ex rhetorum officinis sed ex academiæ spatij exstitisse: illa enim esse curricula multiplicium, variorumque sermonum. ¶ Spatium pro mensura & temporibus pedum in carmine. *Cic. in Orat.* Trochæus, qui in eodem spatio est, quo choreus. [*Quintil.* Spatia lentiora, aut citiora (in voce sup.) *Idem Quintil.* Spatia neruorum in cithara, &c.] ¶ Spatium pro dilatione. *Lin. lib. 8.* Orabant vt rem in posterum diem differret, & itæ suæ spatium, & consilio tempus dateret. *Bud.*

**Spatiõris**, Deambulo. { *ἰσπίς ἢ ἰσπίς*. GALLI. Se pourmener, s'esbanoyer. ITALI. Andar à spasso GERMAN. Spacieren/ hin vnd hër gehn. HISP. Espaciarse. ANGLI. To walk abroad. ¶ [*Gallius cap. 3. lib. 11.* Spatiari aut vectari morandi corporis causa. *Virg. lib. 1. Georg.* Tum cornix plena pluuia vocat improba voce. Et sola in sicca secum spatiat arena. *Idem q. Aeneid.* Aut ante ora deum pingues spatiat aras. *Idem 2. Metam.* nam quum per litora lentis Passibus, vt soleo, Iunonia spatiat arena, Transfertur & ad animum. *Ouid. Eleg. 2. lib. 4. Trist.* Illa per immensas spatiat libera terras. (sup. mens).]

**Spatiõris**, tis { *ἰσπίς ἢ ἰσπίς*. GALLI. Qui se pourmene. ITALI. Che anda à spasso. GERMAN. Spacierend/ weit ausgehõn. HISP. Que anda à espacio. ANGLI. That to take abroad. ¶ *Ouid. 4. Metam.* & spatiantia passim Brachia compescit. [*Ouid. Eleg. 4. lib. 5. Trist.* Lato spatiantem flumine Gangem.]

**Spatiõris**, a, um. *ασπασίον*. *Ouid. 3. Fast.* Flebat amans coniunx, spatiatæque littore curuo Edidit inculcis talia verba comis.

**Spatiõrẽm** pro erratore posuit *Cato. Festus.*

**Spatiõsũs**, sa, suum, Amplus, capax, vastus, magni spatij { *ἰσπίς ἢ ἰσπίς*. GAL. Spaticus, large & de grand' estendee. ITALI. Spatiofo, grande. GERMAN. Deytig weit/ das ein grosse weite begreiff. HISPANIC. Espatiofo, largo, grande, amplio. ANGLI. Ample, broad, wide, spacious. ¶ *Colum. lib. 6. cap. 2.* Primum omnium spatiofum stabulum præparetur, vbi domitor facile versari, & vnde digredi sine periculo possit. *Idem 2. de vit. Omnibus Andromache visa est spatiofior æquo.* [*Ouid. 13. Metam.* Quæ vtiliter feci spatiofio tempore belli.] ¶ Interdum non loci, led temporis spatium importat. *Ouid. lib. 1. Amorum, Eleg. 8.* Sed nunquam dederis ipatiofum tempus in iram: Sæpe simulatates ira morata fecit.

**Spatiõsẽ**, aduerb. Latè, diffusè. { *ἰσπίς*. GALLI. Largement, au large. ITALI. Largamente. GERMAN. In die weite/ weit hinaus/ weit außig.

*His. Largamente. ANGLI. Ample, largely, ab. ead. ¶ Ps. lib. 19. c. 5.* Quoniam spatiofè fructat. Spatiofius, & spatiofissimè *Plin. Epist. 62.* Bono cui conuenientissimum creditur, eadem illa spatiofiosus & vberius volumine amplecti.

**Spẽciẽs**, ei, Forma effigies facies, vel imago. { *ἰσπίς ἢ ἰσπίς*. GALLI. Espece, forme, figure, beauté, mine, face ITALI. Specie, imagine. GERMAN. Ein geyß. HISP. Fiermo, sura, ò forma, especie. ANGLI. The fourmo, figure, or shipe of a thing, beauty, apperance, face. ¶ *Cic. lib. 1. Offic.* Quæ autem specie quadam utilitatis hæc Græci *ἰσπίς* vocant, nostri (si qui hæc forte tractant) species appellant. *Cæsar Comment. 4.* Auxiliari quoque quibus ad pugnam non multum Crassus confidebat, lapidibus, reliisque subministrandis, & ad aggerem castribus comportandum, speciem atque oppugnationem pugnantium præberent. *Cic. de Amicitia.* Quæ est enim ista securitas? specie quidem blanda, sed re ipsa multis locis repudianda est. ¶ Quandoque sumitur pro aspectu, & re visa. *Virg. 2. Aeneid.* Non culte hæc specie furia mente Chorceus. ¶ Species pro vitionibus nocturnis. *Lin. lib. 6. bel. Punicis.* Pleraque apud multitudinem, aut per nocturnas visa species, aut diuinitus mente mota agebat. [*Sueton. in Augusti. cap. 96.* Cuius sibi species innere a uio occurrisset. (i. imago.) *Et in Calig. cap. 50.* vt qui species quondam pelagi colloquentem videre vilus sit. *Idem in Claud. cap. 1.* Species barbaræ mulieris humanã amplior. *Ibidem c. 37.* Sibi quoque eandem speciem obuersari aliquot noctibus, &c. *Idem in Nerone. c. 34.* Vt confessus sit exagitari se materna specie. *Idem in Galba. cap. 18.* Proxima nocte somniauit speciem fortunæ quærentis fraudatam se dono destinato, &c. *Item Gellius c. 3. lib. 1.* In vna quidem specie. (i. in certa quadam re) &c. *Idem Gell. cap. 2. lib. 9.* Simili exemplo esse contraria specie. (i. ex con-







**Spēctāre**, aduerb. Feliciter, egregie. *ἄσπετος, ἀσπληνός*. GALLIC. A la veue de tout le monde, clairement, heuusement. ITAL. Felicitamente, egregiamente. GERMAN. Anschätiger weise/vertichfen/sein. HISPANI. Bienaueruadamense, fennaladamense. ANGLIC. In the sight of all, gailie, goodlie to see. *Plin. lib. 21.* Flores vero odorifere in diem gignit, magna (vt palam est) admonitione hominum, quæ spectatissime floreat, celerrime marcescere.

**Spēctatio**, onis, verbale, Ipse spectandi actus. *ἰσπασία*. GALL. Regard, esgard. ITAL. Effo guardare. GE. Aufshung/beschawung. HISP. Mirada, obra de mirar. ANG. A looking or beholding. Cic. ad Attic. Est quidam etiam animus leuari tum spectatione, tum religione opinionis & fama. [¶ Spectationes antiquæ. (i. spectacula.) *Gellius cap. 12. lib. 5.* In antiquis spectationibus nomina hæc Deorum inesse animaduertimus.]

¶ Spectatio, pro præbatione pecuniæ. Cic. in Verrem, actione 4. Ex omni pecunia, quam aratoribus soluere debuisti, certis nominibus deductiones fieri solebant primum pro spectatione & collybo: deinde pro nescio quo cerario. *Budæus.*

**Spēctatores**, Qui ad ludos spectandi causa cōueniunt. *ἰσπαστῶν*. GALL. Spectateurs, regar deuis. ITALIC. Spectatori. GERMA. Zusaßer/die zusagen wie ein ding verhandlet werde. HISP. Los que miran los juegos. ANG. Beholders, lookers upon. *Plaut. Amphitr.* Nunc spectatores, Iouis summi causa, clare plaudite.

[*Plaut. p. send. sc. 2. a. 5.* Quin vocas spectatores simul. *Ibid. sc. 4. a. 2.* Horum causa hæc agit spectatorum fabula.] ¶ Spectatores rerum caelestium, id est, contemplatores. [*Lin. li. 4. bell. Punice, de Archimede:* Archimedes erat vnicus spectator Coeli siderumque.] *Cicer. de Nat. deor.* Homo rerum, superarum, atque caelestium spectator. ¶ Spectator pugnae, qui se pugnae non admisceat, sed securus eius exitum expectat, tractum à ludorum spectatoribus, qui hiltionibus in scena fabulam agentibus, otiosi interim desident. Cic. 2. Offic. Spectatoresque se otiosos præbuerunt Leucticæ calamitatis. ¶ Spectator formatum, id est, iudex, æstimator, probator, *ἰσπαστής*. *Terent. in Eunuco.* Quum meiplum notis quàm elegans formarum spectator item. Vbi *Donatus*, spectator elegans est qui sit cunctantis & fastidiosi iudicij, cui non quiduis facile placet. ¶ Spectator, probator, vt Spectatores pecuniaz dicuntur.

**Spēctatrix**, icis, verbale, fem. à spectando deductum. *ἰσπαστριά*. GALLI. Regarderesse, celle qui regarde & contemple. ITAL. Donna che guarda. GERMA. Ein zusaherin/anschawerin. HISP. La que mira. ANGL. She that beholdeh. *Plaut. Merc.* Diuim atque hominum quæ spectatrix atque hera eadem es hominibus. *Luc. lib. 3.* Derege iam ferrum: neque enim tibi turba verenda est Spectatrix scelerum, &c.

**Spēctatiuus**, adiect. Speculatiuus siue cōtemplatiuus. *ἰσπαστικός*. GALL. Contemplatif, specularif. ITAL. Contemplatiuo, GERMA. Das deo est so ein ding nur im gmut betrachtiet vnd anschawet. HISPAN. Cosa para mirar y contemplar. *Quint. lib. 3. ca. 5.* Vt illa sit spectatiua partis, hæc actiua.

**Spēctabilis**, le, Spectatū dignus, clarus, illustris. *ἰσπαστός*. GALLI. Digne d'estre regardé, illustre. ITALI. Spectabile, illustre. GER. Anschawlich/ansichtig. HISP. Lo que se puede mirar, claro, illustre. ANGL. worthie to be beholden, goodly, so see. *Plin. lib. 11. c. 14.* Aliubi enim faui cera spectabiles gignuntur. [*Quid. Eleg. 8. lib. 3. Trist.* Hæret & ante oculos veluti spectabile corpus.] *Quid. 2. de Pom. Eleg. 2.* Ipse super curum placido spectabilis etc. *Idem 7. Metam.* spectabilis heros, Et veteris retinens etiam nunc pignora formæ Ingreditur. *Iuuenal. Satyr. 8.* Ipsi deinde lares, siquod spectabile signum, &c. *Tacitus in vita Agricolæ.* Et extremo metu corpora desixere in his vestigiis, in quibus pulchram & spectabilem victoriam ederetis.

**Spēctaculum**, h, Ludi gladiatorij, id quod spectandum exhibetur. *ἰσπαστήριον*. GALLI. Spectacle, ce qu'on regarde. ITAL. Spectacolo. GER. Ein spectatle/kein schauspiel. HISP. Juego que se mira. ANGL. A publick or common sight. *Virgil. in quodam Epigram.* Nocte pluit tota, redeunt spectacula mane. *Lin. lib. 1.* Indici deinde finitimus spectaculum iubet. [¶ De spectaculis matutinis bestiariorum. Item de Spectaculo naumachiaz secundo. *Senec. Epist. 71.*] ¶ Aliquando dicitur ipsa spectatio. *Lin. Cic. 7. Verr.* O spectaculum miserum, atque acerbum, ludibrio sic vrbis gloriam. ¶ Aliquando, locus vnde spectatur. *Quint. 6. 1. Gal. Eschassault. Plaut. Curc. sc. 2. a. 5.* Exoritur ventus, turbo: Spectacula ibi ruunt. *Quid. Eleg. 2. lib. 4. Trist.* Vera tamen capiet (oculis) populum spectacula felix. *Quintilianus*, De spectaculis excitari. *Sueton.* De spectaculo excitatus descendit. *Lin.* Tum primum circo, qui nunc maximus dicitur, designatus est locus, diuisa loca Patribus, Equitibusque, vbi spectacula sibi quisque faceret, Fori appellati.

**Spēctamen**, inis, Specime. *ἰσπαστήριον*. G. Mōstre, regard, ITAL. Mostra di qualche cosa, riguardo. GERMA. Ein anseigung/ schawfact. HISPAN. Mirada, la muestra. ANGLI. A show, a sight. *Plaut. in Menach. [sc. 6. a. 5.]* Spectamen bono seruo, jid. est, qui rem herilem procurat, videt, collocat.

**Spēctamentum**, ō, idem quod spectaculum, id quod spectatur. Interest tamen illud, quod spectaculum locū etiam significat, ex quo spectatur, spectamentum vero tantum res quæ spectantur.

**Spēctio**, onis, verbum est proprie ad Augurum disciplinam pertinet, in qua officia ita distributa erant, vt qui spectationem habebant, auriationem non haberent. *de vromon. Vide Varro nem lib. 5. de ling. Lat. & Pompeium Festum lib. 17.*

**Spēctiua**, cij, Instrumentum teres & paruum, quo medici ad tentandum vulnerum ac fistularum viam & profunditatem vtuntur. *ἰσπαστική*. GAL. Vne esproouette de chirurgien. ITALI. Tasso, uenta. GERMAN. Ein messet ober der gteichen instrument der wundargen/mit welchem sy die tieffe der wunden erfuchen. HISPAN. La uenta de cala del chirurgiano. ANGLI. A lancelette or spy instrument. *Pacuius*, Vt medici faciunt, qui prius specio vulnus tentant. Est autem à verbo specio.

**Spēctabilis**, Spectaculum, Spectator, Spectatus, Specto, Vide SPECIO.

**Spēctrum**, tri, Simulacrum, seu imago oculis sese offerens, visio, visum. *ἰσπαστήριον*. GALLIC Phastosome, vision. ITAL. Simulacro, imagine, fantasia, imaginatione. GERMA. Ein gesicht das einem sur augen schwebt/ispant. HISPAN. Imagen o idolo, phantasia. ANGLIC. A bugge, a ghost, an image in mannes imagination. *Cic. lib. 15. Epist.* Qui purant, *diogenes* φαντασίας Spectris Catianis excitari. *Ibidem*, Quæ ille Gargetius, etiam ante Democritum *ἔιδωλα*, hic Spectra nominat. *Es rursus*, His autem Spectris etiam si oculi ferri possint, aniuus qui possit non video.

**Spēculā**, æ, Locus editus, & eminens, vnde aliquid eminus videri & prospici potest. *ἰσπαστήριον*. GAL. Bessroy, ou elchaugette, sentinelle. ITAL. Vedetta. GERMA. Ein ort da man von der löhe hüten vnd aufsehen ehanlein schawethurn/hecht wagt. HISPAN. La atalaya, lugar para atalayar. ANGLIC. An espying tower. *Valla in Raudensum*, Specula locus vnde fiunt excubiæ, an hostes veniant, transciant, en maneant, quot sint, & quæ sunt id genus. *Virg. 8. Ecloga*, Præcepserij specula de montis in vnda Deferat. *Quidius in Epist.* Leandri, in speculis omnis Abydos erat. *Lin. 8. belli Punici*, Ipse in Cisseo (mons est in altitudinem ingentem cacuminis editi) speculam posuit, vt ignibus procul sublatis, signum, vbi quid molirentur hostes, momento temporis acciperet. *Virg. 3. Aeneid.* dat signum specula Misenus ab alta. *Quid. Eleg. 1. lib. 4. Trist.* Nam dedit è specula custos vbi signa tumultus.]

**Spēculā**, speculæ, diminutium à spe, Vide SPES.

**Spēculor**, laris, lari, Exploro, contemplo, quasi à specula prospicere. *ἰσπαστήριον*. GAL. Guetter, espier. ITAL. Contemplare, specularare. GERMANI. Aufspähen/kein wachbars aufsehen tragen (schaw vnd spach haben). HISP. Contemplar, mirar, atalaya. ANG. To spie and watch in a high tower, to see a farre off, to consider diligenslie. *Plaut. in Mil.* Sed specularior nequis aut hinc ab læua, aut ab dextra Nostro consilio venator adsit cum auribus plagiis [*Plaut. Moss. sc. 1. a. 2.* Concedam huc, hinc specularior procul. *Idem Aul. sc. 1. a. 4.* Is me specularum misit, vt quæ fieret, fieret particeps, &c. *Quid. 13. Metam.* Omnia cognosam, nec quid specularer habebam.] *Cæsar 8. belli Gallicij*, Qui speculari gratia essent remissi. ¶ Per translationem speculari ponitur pro feruari, & exactè considerare. *ἰσπαστήριον*. *Tacit. lib. 18.* Satis patuit is, qui principum offensas acriter speculantur. *Cic. in Casil.* Multi te etiam oculi & aures non sentent, sicut adhuc fecerunt: specularuntur atque custodiunt. ¶ A quo fit compositum Præspeculor, quod est ante speculor, vel præmissis specularioribus exploro. *Sueton in Cæs.* Exercitum neque per inuidiosa itinera duxit vnquam, nisi præspeculatus locorum situs.

[*Speculabundus*. *Suet. in Tiberio c. 65.* Speculabundus ex altissima rupe identidem signa, quæ, &c.]

**Spēculatōres**, Exploratores, qui è specula speculantur, vel qui in bello ante exercitum explorandi gratia mitti solent. *ἰσπαστῶν*. GAL. Espies, guettes, espions, guetteurs. ITAL. Spie, guardie. GERMA. Aufspäher/awrer. HISPAN. Atalayadores, miradores. ANG. Espiers. *Cæsar 2. bell. Gall.* Hac re Cæsar statim per specularatores cognita, in insidias veritus. [*Quid. Eleg. 9. lib. 3. Trist.* Quem procul vt vidit tumulo specularor ab alto.]

**Spēculatō**, cis, ver. *ἰσπαστήριον*. GAL. Celle qui espie & fait le guet. ITAL. Speculatrice. GERMA. Ein aufspäherin/beschawerin. HISPAN. Atalayadora. ANG. She that spieeth. *Cic. 3. de Nat. deor.* Furie deæ sunt, specularitices, iræ, & vindices & facinorum, & sceleris.

**Spēculatōrius**, a, um, adiectiuum, Quod speculationi est accommodatum. *ἰσπαστικός*. GALL. Appartenant à espier. ITALIC. Che serue à spiare. GERMA. Das zu dem aufspähen gehört. HISPAN. Perienesciente à atalayar. ANG. Belonging to espying. vt specularioria nauigia quibus in mari specularum quid fiat. *Cæs. 4. bell. Gall.* Item specularioria nauigia militibus compleri iussit. [*Sueton. in Cæs. cap. 12.* Modo in crepidis vel cothurnis: modò in specularioria caliga, nonnunquam socco muliebri.]

**Spēculatō**, huius specularatus, ipse specularandi actus. *ἰσπαστήριον*. GALLIC. Espiement, guet, guetement. ITAL. Effo spiare & guardare. GER. Ein specht. HISPAN. Atalamento, mirada. ANG. Espying. *Plin. lib. 10. c. 73.* Felces quàm occulto specularu in musculos exsunt.

**Spēculatō**, specularare, adiectiuum à specula deductum: vt specularis significatio, quæ fit igne è specula ostenso. *ἰσπαστήριον*. *Plin. lib. 7. cap. 56.* Specularem significationem Troiano bello Sinon inuenit.

\* **Speculabundus**, Intentus ad specularandum. *Tacitus lib. 10.* Festus Adrumero, vbi specularundus subliteras, ad legionem redit. *Suet. in Tiberio c. 65.* A patris etiam nauibus ad quascunq; legiones, meditabatur fugam, specularundus ex altissima rupe idè



trario.) *Suet. in August. cap. 9.* Per species extequetur eius vitæ partes. *Idem in Cas.* Nihil esse Rempub. Appellationem modo sine corpore ac specie. ] Quandoque pro pulchritudine, seu deformitate: à speciendo, *Plaut. in Bacchid.* Bellân' videtur specie mulier: [ *Ouis. 5. Fast.* Et color & species floribus omnis inest. *Ibid.* Et moner ætatis specie dum floreat vti. *Et Sueton. in Cæs. cap. 67.* Milites auro, argento, politis armis ad speciem ornare. (i. ad ornatum.) *Et Ouid. de thao. lib. 5. Fast.* In nouas species omne recessit opus. (i. formas, figuras.) *vt in Cæs. Sueton. cap. 77.* ]  
 ¶ Inde speciosus pro pulchro & formoso accipitur, de quo infra. ¶ Species item (vt definitur à dialecticis) est quæ dicitur de pluribus differentiis numero, vt homo est species, quoniam de Socrate, Platone, & aliis, non specie, sed numero differentiis prædicatur. Ob eam rationem ita appellata, quod multorum collectio vna quasi visione comprehendatur. Genus autem est, quod prædicatur de pluribus differentiis specie: vt animal, quod de homine, equo, asino, & huiusmodi dicitur, quæ species differunt. ¶ Species item aliquando ponitur pro controuersia. *L. 18. D. de min.* Species in auditorio finita. Quod ex eo ductum est, quod finitam quæstionem Græci appellant *ἰσοπέδον*. ¶ Quandoque species in plurali numero sumitur pro aromatibus. *Macrob. lib. ult. Saturn.* Species, & acres, & calidæ, super faciem, quum apponuntur, exulcerat. *Martianus Lurij consilius*, Species pertinentes ad vetricigal cinnamomum, piper longum, piper album. Sic dicitur Vicus speciaris, à speciebus Arabicis, peregrinisque. ¶ Aliquando in plur. num. significat fruges. *Arcad. l. ult. de muneribus, & honoribus*, Cura quoque emendi frumenti, olei. Nam harum specierum curatores, &c. *Eodem modo in L. 26. C. de v. sur.* In traiectionibus contractibus vel specierum scenori dationibus. *Hotoman.* ¶ In speciem, simulate. *Liu. 4. ab Vrbe de Sempronio reo*, Ægrè Hortensius pati tentationem eam credere esse perseuerantia suæ: nec precibus tribunorum, quæ in speciem modo iactentur, vt auxilio confidere reum. [ *Sueton. in Cæs. c. 82.* Assidentem (Cæsarem) conspicat, specie officij circumfiterent (sup. coniurati) *Gall.* Soub's couleur, soub's pretexte. Eodemque sensu. *Idem Suet. in Tiber. cap. 36. cap. 50. & 59.* *Et Sueton. in Otho. cap. 3.* *Et Linius l. 9. dec. 4.* Per speciem bella quætere (id est per prætextum) &c. ]  
 ¶ Per speciem. *Plin. de v. ris illust.* Per speciem legationis in Asiâ ablegatus est, vt inuidia subtraheretur, (i. Prætextum siue vt loquitur *Sueton. in Otho. c. 3.* Per causam legationis. *Et Lius lib. 7. ab Vrbe*, Per speciem. *Et lib. 9. sub specie.* ¶ Prima specie i. prima fronte. *Idem Lius lib. 4. bell. Pun. Idem lib. 6. ab Vrbe.* In specie. *Gall.* En apparence. ¶ Species enim dicta est ab Aspectu, auctore *Gell. c. 28. lib. 13.* ¶ Species porro (sicut & forma) verbum medium est, tam deformitatem, quàm pulchritudinem significans, vt ex *Plauti Mofell. sc. 2. a. 1.* *Et Virgil. 4. Æneid.* intâ probatur in verbo *Speciosus*. ]  
 Specialis, speciale, Particulare, proprium, & veluti peculiare. *ἰδιαι. ἰδίαι.* *GALLIC.* Special, propre & particulier. *ITALIC.* Speciale singulare, proprio. *GERMAN.* Sonderhat (t)stigen. *HISPAN.* Cosa special en su genero, proprio. *ANGLIC.* Particular, proper. ] In qua significatione vitur hoc nomine *Iulius Cæsar* in quum ait, *Macrinorum* familiam id speciale semper habuisse, vt *Alexandrum* magnum in auro & argento exculptum semper haberet.  
 Spectatum, aduerb. Particulariter. *ἰδιαι. ἰδίαι.* *GAL.* Specialement, en especial. *ITALIC.* Specialmente, singularmente. *GERM.* In sonderheit. *HISPAN.* Especialmente, de specie, en especie. *ANGLIC.* Speciallie, chieftie. ] *Cic. post Reditum in Senat.* Multa de me *C. Messinius* & amicitia & Reipublicæ causa dixit, legem spectatim initio de salute mea promulgauit.  
 Spectatim, aduerb. Spectatim. *ἰδιαι. ἰδίαι.* *Colum. lib. 3.* Atque de cura eligendi malleoli generatim præcipimus: nunc illud propriè specialiter, vt non solum ex feracissima vite, sed etiam de vitis parte feracissima semina eligantur.  
 Speciosus, fa. sum. Pulcher, formosus, elegans: semper enim in bonum accipitur, quauis species medium vocabulum sit. ] *ἰδιαι. ἰδίαι.* *GAL.* Beau. *ITALIC.* Vistoso, apparente, bello benformato. *GERMAN.* wolgestalt (t)stigen. *HISPAN.* Cosa de mucha hermosura, hermoso. *ANGLIC.* Faire, beau, full goodlie so see. ] *V. 4. Æneid.* -neque enim specie famæ mouetur, hoc est, nec præsentem deformitate, nec rumore mox futuro. [ eodem planè sensu *Scapha* lena ob deformitatem ab amatoribus derelicta ac plane deserta loquitur *apud Plaut. in Mofell. sc. 3. a. 1.* Equidem vel falso laudari multo malo, quàm verò culpam, aut alios meam speciem irridere. (i. deformitatem capitis & oris. Sequitur enim paulo infra, vbi hoc caput colorem immutauit, deseruit me Inp. quem vnice amaueram. ) ] Sic & formosus, licet forma indifferenter ponatur, semper tamen in meliorem partem accipitur. [ *Senec. cap. 9. de Consol. ad Polyb.* Speciosa, sed fallax voluptas. *Idem cap. 2. de Consol. ad Mar.* Ad speciosa stupet animus. *Velleius* Speciosis verbis narrare. *Idem Velleius* Speciosis inuidens, vt pareret humillimis. *Idem Velleius* Magnis speciosisque rebus gelis. *Idem* Non patricia, sed speciosa familia equestris. ] *Plin. libro 13 cap. 4.* Minus speciosæ, sed sapore caryotarum forores. *Cels. lib. 2. cap. 2.* Si plenior aliquid, & speciosior, & coloratior factus est, suspecta habere bona sua debet *Hærat. de Arte*, Interdum speciosa iocis, moratâque rectè fabula, &c. *Ouid. 7. Metamorphos.* Speciosaque nomina culpæ Imponis Medea tuæ; quin aspice quantum Aggrediat nepsas. \* Speciosissimus. Superlat. *Seneca de Beneficior. li. 3. c. 7.* Hoc enim speciosissimum est in illo, quod dedimus vel perdituri, &c.  
 Speciosè, speciosus, speciosissime, Pulchrè, ornate. ] *ἰδιαι. ἰδίαι.* *GAL.* Brauement, magniquement. *ITALIC.* Honesta-

mente, magnificamente. *GERMA.* Zierrich (t)schön. *HISPANIC.* Con mucha hermosura, hermosamente, ornadamente. *ANGLIC.* Trimme-ly, gaelie, goodlie so see. ] *Liu. 4. Maced.* Et quum tibi viro liceat purpura in veste stragula vti, matrem familiâs tuam purpureum amiculum habere non fines? & equus tuus speciosus instratus erit, quàm vxor vestita? [ *Velleius*: Speciosè relicita domus Ciceronis. ] ¶ Speciosè ingredi, id est, cum ornatu. *Colum. libro 2. capite 2.* Igitur in opere boues arcè iunctos habere conuenit, quo speciosus ingrediantur sublimes & elaus capibus.  
 Specimèn, nis, pen. cor. Propriè in quauis merce dicitur exiguum quiddam, quod à venditore spectandum profertur, vt ex eo empto rem totam æstimet. ] *ἰδιαι. ἰδίαι.* *GALLIC.* Monstre, eschantillon, exeinplaire, espreuue, patron. *ITALIC.* Sperienza, asta, proua, mostra. *GERM.* Ein schawst (t) schawst (t) wetschen man abnemme than wetscher gestalt das gang sey / zeigstus. *HISPAN.* La muestra de lo mejor. *ANG.* The shewe of some thing, the cancell, an exemplari or paterne. ] Frequentissime tamen per translationem accipitur pro quouis documento, experimento, siue exemplo, ex quo rei totius capimus coniecturam. *Cicer. in Tuscul.* Quid illud? num dubitas quin specimen naturæ capi deat cer ex optima quaque natura? *Apul. in Flor.* Sed Marfyas, (quod stultitiæ maximum specimen) non intelligens se de ridiculo haberi, quædam deliramenta effutiunt. ¶ Dare, præbere specimen sui, est re aliqua insigni declarare, quid de se sit sperandum. *Cic. in Diuin. in Verrem*, Tu vero Cæcili quid potes quo tempore, aut qua in re non modo specimen cæteris aliquo dedisti, sed tute tui periculum fecisti? [ *Plaut. Mofell. sc. 2. a. 1.* Igitur tum specimen cernitur, quo eueniat ædificatio. ]  
 ¶ Specimen innocentia, prudentia, virtutis, id est, exemplar, *Cic. 2. de Nat. deor.* Cur temperantia prudentiaque specimen ante simulacrum Vestæ ponitæ maximum est? *Quæscit* tu trucidatur. [ *Quintilian.* Vnicum specimen orandi *M. Tullius*. ]  
 Speciosus, xi. ctum, Apud antiquos in vsu fuit pro video. ] *ἰδιαι. ἰδίαι.* *GAL.* Regarder, auiser. *ITA.* Vedere. *GERMA.* Schen. *HISPAN.* Mirar, veser. *ANG.* To see, so aduiser behold. ] Vnde augures specire, hoc est, inspicere aues dicebantur. *Ennius apud Varronem*, Vos epulo postquam spexit. Hodie abijt in desertudinem vrimque tantum eius compositis, aspicio, conspicio, circumspectio, despicio, dispicio, inspicio, perspicio, prospicio, præspicio, respicio, introspectio, suspicio, & transpectio, de quibus *ius locis*.  
 Specto, as, are, frequentatiuum antiquum. ] *ἰδιαι. ἰδίαι.* *GALLIC.* Regarder souuent. *ITA.* Guardare spesso. *GERM.* Oftt ober ombig sahen. *HISPANIC.* Mirar muchas vezes. *ANGL.* To behol often. ] *Plaut. in Cistell.* Per Dionysia Mater pompam me spectatam duxit.  
 Specto, as, aliud frequentatiuum à specio antiquo verbo, Multum & fixè intueor. ] *ἰδιαι. ἰδίαι.* *GAL.* Regarder fette & attentionement. *ITALIC.* Guardare, guardare spesso. *GERMA.* Schen eins sehens / seissig schawen. *HISPAN.* Mucho mirar. *ANG.* To behold and look upon a thing attentiuely. ] *Cic. de Arusp. resp.* Quod ni tu Megalesia eo die spectare voluisses, haud scio, &c. *Terent. in Eunuch.* Here, ne me spectes, me impulsore hoc non facit. [ *Plaut. pseud. sc. 2. a. 3.* Quò quò spectabit, eo spectato simul. *Idem Amphitru.* Age, me huc aspice. ] *Specto.* (i. aspicio.) *Idem Asin. sc. 2. a. 1.* Me specta modo. (Minantis.) *Idem Pseud. sc. 2. a. 1.* Lubido est ludos tuos spectare. *Idem Milit. sc. 2. a. 5.* Per impluuium, intro spectant. *Idem Men. sc. 3. a. 2.* Lumbi sedendo, oculique spectando dolent &c. ]  
 ¶ Accipitur non raro pro iudicare, probare, siue æstimare. ] *ἰδιαι. ἰδίαι.* *GAL.* *bachân, ἰδιαι. ἰδίαι.* *Cic. pro Roscio Com.* Nemo enim illum ex trunco corporis spectabat, sed ex artificio comico æstimabat. *Ibidem*, Quem si tu ex censu spectas, eques Romanus est, si ex vita, homo clarissimus est: si ex te, iudicem suspensisti: si ex veritate, id quod scire potuit & debuit, dixit. *Idem lib. 5. Tuscul.* Non igitur ex singulis vocibus philosophi spectandi sunt. Aurum spectatur in ignibus. *Ouid. 1. Trist. Eleg. 4.* Scilicet vt tuluum spectatur in ignibus aurum. Id est probatur. Vnde & spectatores pecuniæ, dicuntur qui valorem eius explorant. Huc etiam pertinet illud. *Virg. 2. Eclog.* Si ad vitulam spectes, nihil est quod pocula laudes, hoc est, si vitulæ pretium tecum reputes; vel (vt *Seruius interpretatur*) si pocula cum vitula compares. ¶ Interdum spectare, idem est quod attendere, cauere, dispicere, & vt *Cicer.* loquitur etiam atque etiam videre, *Plaut. [ Asin. sc. 1. a. 4. ]* Spectandum ne cui anulum det, neque togæ. ¶ Eleganter item accipitur spectare pro eo quod est ad rem aliquam pertinere, tendere seu referri, quod & Græci dicunt, *ἐπιπέσειν, ἰδιαι. ἰδίαι.* *Cic. 3. de Fin.* Hæc studia ad imitandos summos viros spectant. *Idem libro secundo, Epistol.* Omnia virtutum que consilia ad concordiam spectauerunt. *Idem 2. Offic.* Ad extremum, si ad perniciem patriæ res spectabit, patriæ salutem anteponet saluti patriæ. \* Spectat Græciam, pro rebus Græciam. *Cicer. ad Atticum.* \* Spectat Orientem, & similia, pro Eregione est, & vergit, *Plinius libro 6. cap. 17. & libro 5. cap. 1.*  
 Spectatur, impersonale. *Plin. lib. 10. c. 70.* Plausu congregati feros ad cibum consuetudine spectatur.  
 Spectatu, supinum. *Cic. 2. Offic.* Maximè que admirantur eum qui pecunia non mouetur: quod in quo viro perspectum sit, hunc dignum spectatu arbitrantur.  
 Spectandus, adiect. *ἰδιαι. ἰδίαι.* *Plin. lib. 10. c. 42.* Nec vulgaris pistraci forma, quauis non spectanda.  
 Spectatus, Probarus, cognitus, cuius scilicet perspecta iam virtus est. ] *ἰδιαι. ἰδίαι.* *GAL.* Loué, approué. *ITALIC.* Lodato, probato. *GERM.* Bewdret auso tangem quouen / wtsfennet was hindet



& mortalia tenuit arma, At sperare deos memores fandi, atque nefandi. Vbi *Seruius*, Sperare, abusuue, timere: *ut libro 4.* Hunc ego si potui tantum sperare dolorem, Et perferre solor potero. Quum aliqui proprie sperem bona, timeamus aduersa. ¶ Accipitur & sperare pro gaudere. *INDU faméacti. Terentius in Adelphi.* Sperabam iam defuisse adolescentiam. Vbi *Donatus*, Recte Sperabam, pro Gaudebam. Sic enim dicimus, quum errasse nos cernimus. ¶ Speratum, *seste Nonio*, veteres dicebant eum, qui uxorem petit: & speratam virginem, quæ petitur. *Afranius*, Curte, & nuntia venire: & mecum speratam adducere, vt videat puellam. Postquam vero sponsio facta erat, non Sperata, sed vel Dicta, vel Pacta, vel Sponsa vocabatur.

**Speratus**, participium. *ἡσπερῆσθαι*. GALLI. Esperé. ITALIC. *Sperato*. GERM. *Geshoffet*. HISPANIC. *Esperado*. ANGLI. *Hoped* or *looked for*. [*Plaut. Amphitruo*. Amphitruo uxorem salutaris speratam suam, &c.] *Plaut. in Merc.* [*sc. 3. a. 3.*] Spem speratam quum hanc obtulisti mihi, grates ago.

**Sperabilis**, bile, Quod sperari potest. *ἡσπεράβη*. GALLI. Qu'on peut esperer. ITALIC. *Cosa che si può sperare*. GERM. *Zuhoffen* / *best man mag hoffnung haben*. HISP. *Cosa que se puede esperar*. ANGL. *That may be hoped for*. [*Plaut. in Capt.*]. Hic ille dies est, quum nulla vitæ salus sperabilis est mecum.

**Sperile**, Pars carnosâ infra vmbilicum suis. *De qua Fest.* Sperile, inquit, vocatur infra vmbilicum suis exos. *Plaut.* enumerandis vilibus obsoniis sic meminit in *Carbonaria*. Ego pernam, sument superes, sperile, callum, glandia. Græcè *ἡσπερίον*, τὸ ὑπὸ τῆς ὀμφαλῆς μίερον.

**Sperulici** panes. *ἡσπερίων*. GALLI. *Faits à la haste*, faits & cuis soudainement. ITA. *Eatti in fretta*. GERM. *Drot das in etner eit gebäcken ist*. HISP. *Hachos à cozidos de presto*. ANGLIC. *Breade baken in haste*. ¶ Dicitur sunt à festinatione: *ἡσπερίον* enim Græcè significat festino. *Plin lib. 18. c. 11.* Panis ipsius varia genera profequi superuacuum videtur, aliâ ab opsoniis appellari, vt ostrearum: aliâ à deliciis, vt Artologanialias à festinatione, vt Speulici.

**Sperus** pater, *ἡσπερίων*, Philosophus Atheniensis Platonis ex sorore nepos, qui octo annos Platonica scholæ profuit. Ferunt hunc senio confectum, sibi mortem consciuisse mœrore impulsam. *Plutarchus* verò scribit, illum pediculis efferuescentibus interuisse. Primus inuenit quo pacto ex gracilioribus lignis fierent vasa capacia. Composuit dialogos à Diogene commemoratos. Hunc Plato quasi philosophiæ hæredem reliquit, *vt scribit Cicero lib. 1. Acad. quæst.*

**Sphacelus**, pen. corre. *σφακελος*. Proprie ossium est affectus, *seste Galeno*, quum tota illorum substantia corrumpitur. Latini ossium cariem appellant. \* Hesychius indicat, quemlibet dolorem grauem, sphacelum dici. \* Sphaceli etiam faciunt immunitatem, Prouerbiu est, Athenis celebratum de iis qui quouis prætextu quod volunt assequuntur. Natum aiunt ab euentu eiusmodi: Pisisstratus tyrannus decimas exigebat ab Atheniensibus, eorum quæ in agris prouenissent. Itaque cum aliquando obambularer, videreturque senem quendam in faxis quibusdâ, hoc est, loco petricoso laborantem, rogabat quosnam fructus inde colligeret. At is respondens. Dolores, inquit, & sphacelos: atque horum decimas exigit Pisisstratus. Porro tyrannus admiratus hominis libertatem, decimas Atheniensibus remisit. Eares in vulgi sermonem abiit, etiam sphacelos immunitatem parere.

**Sphacelismus**, *σφακελισμός*, Morbi genus ipsis etiam plantis cum animalibus communi: de quo abunde multa supra diximus in vocibus Altrobolismus: & Sideratio.

**Sphacteria**, quæ & SPHAGIA, *σφακτιον*, ἡ σφαιρα. Insula est Messenæ adiacens è regione, *Pylicius meminit Strabo lib. 8.*

**Sphæra**, Latine globus. *σφαῖρα*. GALLI. Vne sphere ou globe, vne chose ronde, inassue & espoite. ITAL. *Sphæra* ou *globo*. GER. Ein tugel. HISP. *Pella*, *redonda*, *pelota*. ANGL. *A boule*, any thing round and massie. ¶ Geometræ definiunt esse corpus solidum, vnica superficie contentum, in medio sui punctum habens, à quo omnes lineæ ad superficiem ductæ sunt æquales. *Cic. 2. de Nat. Deor.* Quum que duæ formæ præstantes sint, ex solidis globus (sic enim sphæram interpretari libet) ex planis autem circulus aut orbis, qui *ἡσφαῖρα* Græcè dicitur: his duabus formis contingit folis vt omnes earum partes sint inter se simillimæ, à mediocore tantum abest extremum, quantum idem à summo: quo nihil fieri potest aptius.

**Sphæricula**, diminutiuum. Id est parua sphæra, globulus. *σφαῖριον*.

**Sphæralis**, *σφαῖρα*. *Macrob. Comment. lib. 1. cap. 22.* Sphæralis extremitas, quæ si paululum à medio declinauerit, sit cuiusque vertici proprior.

**Sphærica**, cz, Placentæ genus, quod ex multis globulis in sphæram, & rotundam formam coactis, ac deinde simul compactis fiebat. *Cato c. 82.* Sphæricam sic facito, ita vt spiram, nisi sic effingito, detrahis caleo, melle: sphæras pugnum altas facito, eas in lolo componito, densas eodem modo componito atque spiram, itémque coquito.

**Sphæristerium**, *σφαῖριστήριον*. GA. N ieu de paume ou de boule. ITA. *Luoco di bagno rotundo da ginocare alla balla del mano*. GER. Ein runder play an dem man badet oder die ballen secht. HISP. *El jugar de pelota*. ANGL. *A place to play at the tennis*. ¶ Locus balnei specie rotunda, cum aliis plerisque exercitationum generibus, tum pilæ ludo præcipue destinatus, quem Græci *σφαῖρα* vocâr. Vnde *σφαῖρα* pilæ ludo, & *σφαῖρα* pilæ studiosi. *Plinius in Epistolis*, Apodyterio suppositum est sphæristerium, quod plura genera exercitationis, pluresque circulos capit. *Lampridius in Alexandro*, Post lectionem, operam, palæstræ, aut sphæristerium, aut cursu, aut luctaminibus puollioribus dabat.

**Sphæromachia**, *σφαῖρομαχία*. GAL. Le ieu ou exercice de la paume ou de la boule. ITALI. *Ginoco della balla da mano*. GERM. Das ballen (spyl) / *tuget (spyl)* HISP. *Juego de la pelota*. ANGLI. *Tennis play* or *bowling*. ¶ Pilæ lusoriæ certamen, quæ à sphærica, circulari quæ figura *σφαῖρα* dicta est.

¶ Ab huius similitudine Symbolum Apostolorum dictum est, quodam quasi totius nostræ fidei breuiarium: quo veluti quadam tessera pseudoapostoli à veris discernentur. Erant enim eo tempore Iudæi quidam, qui simulabant se esse Apostolos Christi, & lucri alicuius, vel ventris gratia ad prædicandum proficisciebantur: nominantes quidem Christum, sed non verè & piè eum annuntiantes. [Hoc etiam nomine dicebantur tessera quædam, quæ dabantur publicè à ciuitatibus quibusdam hominibus sibi amicis, vt hospitaliter, & amicè acciperentur in oppidis fœderatis. Sic etiam hodie vocari possunt tessera collybisticæ, ad permutandam pecuniam sine vecturæ periculo institutæ. *Iulius Pollux* interpretatur symbolum, paruum numisma. ¶ *Aristoteles* originem, id est etymologiam vocabulorum Symbolum appellat, per quam vis verbi, vel nominis per interpretationem cognoscitur.]

¶ Symbola item dicuntur notæ arcanioris cuiuspiam mysterij significatiuæ: vt quum ciconiam dicimus esse symbolum pietatis, & papauer fertilitatis.

¶ Item breues quædam & inuolutæ sententiæ, & quædam quasi ænigmata, rem aliquam occultam & reconditam significantia, quæ & *συνθημα* & *αἰνιγματικὰ* à Græcis appellantur: cuius generis sunt symbola Pythagorica.

**Symbolum**, pen. cor. *σύνθημα*, Symbolum, anulus, tessera, chirographum. *Plaut. in Bacch. Eo præsentem homini extemplò ostendit symbolum. Quem tute dederas ad eum, vt ferret filio. N. Quid, vhi ei ostendit symbolum? e. inquit dicere, adulterinum, & non eum esse symbolum. [Idem Plaut. pseud. sc. 2. a. 2. Dato istum symbolum illi. Idem ibid. sc. 4. a. 2. Symbolum? Quem symbolum, qui à milite allatus est.]* *Iustinus libro 2. Sollicitate inquietos in partes suas statuit: & quum colloquendi copiam non haberent, quo applicaturi erant, symbolos proponi, & factis proferibi curat. Quo in loco Symbolos videtur appellare literas sive notas, quibus militibus indicabatur locus quò essent conueniendi. [Alia exempla generis masculini habes sup. in voce præcedente.]*

**Symbola**, scem. gen. Apud antiquos in eadem legitur significatione, in qua Symbolum: *Plautus in Stich. Iam hec ego per hortum ad amicam transibe meam, Mihi hanc occupatam noctem:*

eadem symbolam Dabo, & iubebo apud Sangarium cœnam coequi. [*Plaut. Cure. sc. 1. a. 4. Symbolorum collatores apud forum pitcarium.*]

**S Y M E**, ὄψυμ. Insula Carix adiacens, medio ferè spatio inter Rhodum & Gnidum, vt tradit *Plin. lib. 5. c. 31. Vide supra in dictione S Y M A. **S Y M A E N** A, pen. cor. *σύνμαχος*. Proprium nomen oratoris cuiusdam Romani, qui missus fuit à Senatu Constantinopolim, ad Theodosij liberos, rogatum vt Vestales à Christianis destrui minime paterentur. Cuius rei gratia putabant se aduersa multa à diis esse passos. Eius igitur orationem & Prudentius & Ambrosius, qui huius meminere, acerrimè confutarunt. ¶ *Fuit & Symmachus, sacrorum librorum interpres doctrinæ parum lynceræ: cuius meminit Eusebius, ¶ Græcis alioqui σύνμαχος bellicosum significat, quemadmodum & συμμοχία, bellij locicetatem.**

**Symmetriā**, *συμμετρία*, Apta membrorum partiumve omnium proportio: quæ quibus adest symmetra *σύμμετρα* dicuntur. *Plin. Primus hic multiplicasse varietatem videtur, numerosior in arte quàm Polycleus & Symmetria diligentior. Idem Nondum habet Latinum nomen Symmetria.*

**Symmonianum**, trifolium, vel (vt *Ruellio placet*) Symmoniacum Herba quam in hæc verba describit *Colura. lib. 6. c. 17. Symmonianum trifolium, quod inuenitur confragosis locis, edicacissimum traditur, odoris grauis, neque ad similes bitumini, & edicaco Græci eam ἀσπάλθου appellant: nostri autem propter figuram vocant acutum trifolium: nam longis & hirsutis foliis viret, caulèmq; robustiorem facit quàm pratense.*

**Sympathiā**, Verbum ex verbo, condolentia, compassio. { *συμπάθεια*. **G A L.** *Sympathie, accord & conuenance naturelle.* } **IT A.** *Compassione.* **G E R.** *Mitleidung; vberetinsimmung.* **H I S P.** *Compassion, consentimiento.* } *Cic. 3. de Nat. deor. Illa verò coheret & permanet naturæ viribus, non deorum, èstque in ea iste quasi consensus, quam συμπαθειαν Græci vocant.*

**Symphoniā**, a, { *συμφωνία*. **G A L.** *Accord de son.* } **IT A L.** *Harmonia, consonantia, concerto.* **G E R.** *Zusammen stimmung; mittheilung.* **H I S P.** *Consonancia en la musica.* **AN.** *Concordand agreeance of tune.* } **Consonantia & musicus concertus.** *ὁμοῦ συμφορεῖν*, quod est consonare, sive concinere. *Cic. pro Calio, Accusatores quidem libidinis, amores, adulteria, Bais acta conuiuia, comellationes, cantus, symphonias, nauigia iactant. Cic. ad Tironem lib. 15. Symphoniam Lyonis velim vitasse. \*Vbi sic interpretor, Intelligimus Tironem inuitatum esse à Lyfone ad cantus aliquos & delectationes Musicas, quæ ei obfuerunt. Symphoniam posuit pro tota celebritate, quam fecit Lyfo, quæ cantu musico maximè fuerat decorata. ¶ Symphonia herba, quæ & gumphena dicitur. *Plin. lib. 26. c. 7. Symphonia vel gumphena alternis vitidibus roseis: que per caulem foliis in posca sanguinem reuicentibus medetur. [Quid Symphonia sit, docet Censorinus de Die natali vbi de Musica agit.]**

**Symphoniaci pueri**, Serui musicam tocantes, qui & in conuiujs, itèmq; in classe adhibebantur. { *Μεναχχηνιμ*. *συμφωνιακὰ παιδία*. **G A L L.** *Chantres, musicus.* } **IT A.** *Cantori, musici.* **G E R.** *Senger.* **H I S P.** *Cantores.* **AN.** *Thas singes in tune melodiouslie.* } *Cic. pro Milone. Milo tum casu pueros symphoniacos vxoris ducebat. Padianus auior est, cani remigibus celestima per symphoniacos seruos solitum olim fuisse, interdum per assam vocem, id est, ore prolatam, interdum per citharam.*

**Symphoniaca herba**, eadem cum Apollinari sive hyosciamo, *testa Apuleio. Palladius, Si cæralis æstu canicularium sagietur, herbam symphoniacam circa arboris truncum quocumque torqueri in coronam iubet, vel ex ea iuxta vnum caudicem cubile fieri.*

**Symphreaticus**, Qui iisdem vtuntur puteis. *Cic. lib. 2. de Legibus, Ego mehercule & illi & omnibus municipibus duas esse censet statuas: vnam naturæ, alteram ciuitatis: vt ille Dato quom essez Tusculi uatus, in populi Romani ciuitatem susceptus est. Itaque quum ortu Tusculanus esset, ciuitate Romanus, habuit alteram loci patriam, alteram iuris: vt vestri Attici, priusquam Theseus eosdem migrare ex agris, & in Asty, quod appellatur, omneis conferre se iussit, & symphreaticas ex Atticis fieri: sic nos & patriam dicimus, vbi nati, & illam qua excepti sumus, quo in loco tamen nonnulli *συμφρετικὸς* legere malunt, quasi *ἰμφορετικὸς*, hoc est, eiusdem animi & sententiæ.*

**Symphyton** *πέτρων*. { *σύνφυτον πέτρων*. **G A L L.** *Bugle.* } **IT A.** *Sinfisa, consolida.* **G E R.** *Stemgansel.* **H I S P.** *Suelda.* } Herba in faxis nascentis, ramis tenuibus, paruis, origini similibus, capitalis thymi, surculosa tota, odorata, gustu dulcis, saliuam ciens, longa radice, subrufa, digiti crassitudine. Latini alum, rustici in Gallia *Buglum* appellant. ¶ *Symphyton alterum, caule nascitur cubitorum binum maiore, angulosa, inani, vt sonchus, & crasso, qui per breuia intervalla circumdatus foliis lanuginosis, oblongis, &c. Officinæ nomen symphyti retinuerunt. Herbarijs & vulgo *Consolida maior* vocatur.*

**Sympitium**, *σύνπιτον*, Vas vinarium, non dissimile cyatho, quo in sacrificijs utebantur, *ὅτι τὸ σύνπιτον*, quod est compositare. *Iuuenal. Satyr. 6. Et quis tunc hominum contemptor numinis, aut quis Sympitium ridere Numæ, nigrumque catinum? Quo tamen in loco non desunt, qui sympullum legere malint: qua vox & apud Plinium & apud Varronem legitur. Verba Plinij sunt hæc, lib. 36. c. 12. In sacris quidem, etiam inter has opes, non murrhinis, crystallinisve, sed fistilibus probibatur sympullis, Varro autem sic habet, lib. 4. de ling. Latina, Quòd vinum dabant vt minutum fundederent, à guttus guttum appellarunt. Quòd sumebant vt minutatim, à sumendo sympullum nominauerunt. In huiusce locum in conuiujs è Græcia successit epichysis & cyathus: in sacrificijs remansit guttus & sympullum.*

**S Y M P L E G A D E S**, pen. cor. *σύνπλεγάδες*, quæ, & Cyaneæ, Insulæ duæ



detur, & non est, quod est praedari, Sallustius de Fugitiuis, in syl-  
ua (inquit) Sylua factus est. Virg. 12. Aeneid. ac velut ingenti Sylua,  
summove Taburno, Quum duo &c.

**SYLLA**, duplicato illo *συλλα*, fuit Romanus nobilis, teste Sallustio, qui  
ex antiqua Scipionum familia originem duxit. Hic in adoles-  
centia omnibus dignitatibus iniquitatem vitam egit, usque ad  
Quaesturam quam sub Mario adeptus est, in qua vitam omnem  
penitus commutavit. Litteris Graecis & Latinis bene eruditus  
fuit, facundus, acer, astutus, gloriae cupidus, sui securus, pecu-  
niae maximus largitor, animo grandis: adeo ut de illo dubitari  
potuerit (inquit Sallustius) fortis: ne an felicius esset. Missus a  
Mario ad Bocchum regem legatus, Jugurtham victum retulit.  
Deinde & Mithridatem Asiam crudelissime vastantem con-  
pescuit: foetalis belli luctus repressit: Clonae dominationem  
fregit: & Marium qui olim se Quaestorem fastidierat, ipsam il-  
lam provinciam proscriptum & exulem coegit petere. Dicta-  
tor deinde effectus, ita Rempublicam oppressit, ut teste Cicerone  
in Verrem, nemo illo invito nec bona, nec patriam, nec vitam  
retinere posset. Postremo publica constituta, Dictaturam de-  
posuit, & priuatus Puteolos concessit: ubi & pediculari morbo  
perit. Quapropter Caesar Julius dicere consuevit, illum litem  
nescivisse, quia dictaturam deposuisset, ut scribit Tranquil-  
lus. Syllae autem nomen ex Sybilla contractum putatur. Ap-  
pellatus est enim Sybilla qui ex Sybillinis libris primo sacra fe-  
cit: cuius posterius duabus sublatis literis, Syllae sunt appellati. Et  
quum is, qui primus Sylla appellatus est, flavo & compto capil-  
lo fuerit, similes Syllae sunt appellati. Inde profectum ut effe-  
mum in ludo, Syllae dicebantur. Salspater lib. 1. [¶ Sylla, Galliae  
sonat, Couperose. Plutarcho auctore in Coriolan. & apertius in  
Sylla. Hinc Syllaecus color Vitruvio idem, qui purpureus.]  
\*Syllaturus est Syllam imitari. Cic. Attic. lib. 9. c. 18. Nocturpe  
Co. noster biennio ante cogitavit, ita Syllaturus animus eius, &  
proscripturum diu.

**Syllaba**, bae. *συλλαβή*. GALLIC. Syllabe. ITA. & HISP. Syllaba. GERM.  
Ein sylben clausen. ANGL. A syllable. } Est comprehensio litera-  
rum, vel vnius vocalis enuntiatio, vnius, aut duorum temporum  
capax. Omnis enim syllaba aut brevis est, & vnum tempus reci-  
pit, quod atomum metrici vocant: ut, Vir. Aut longa, & duo  
recipit tempora ut Res. ¶ Dicta est autem Syllaba, *συλλαβή*,  
quae ex pluribus literis constat. Quae autem vna vocali perficitur,  
abusive syllaba vocatur, & monogramma appellatur. Abae di-  
cuntur digammae, ut Ne: usque ad hexagrammam, ut Stirps. Ac-  
cidunt syllabae quatuor, tenor, spiritus, tempus, & numerus litem-  
rarum. Tenores tres sunt, acutus, grauis, & circumflexus. Spiritus  
duo, Alper & lenis, tempora tria, breue, longum & commune.  
Nemus, quia vnica litera contenta esse potest, aut plures ad-  
mittit, senarium tamen numerum non egreditur.

**Syllabatum**, aduerbium. Per syllabas. *συνσλλαβή*. GALL. Par syl-  
labes, syllab e apres syllabe. ITA. Syllaba, per syllaba, a syllaba. GER.  
Den sylben nach. HISP. De syllaba en syllaba. ANG. By syllables,  
or syllabe by syllabe. Cic. Attic. lib. 13. Ergo ego ne Tyrone quidem  
dictari, qui totas *συνσλλαβή* persequi solet, sed Spiatheri syllaba-  
tim. Dicere syllabatum, Cic. 4. Acad. Quum enim tuus iste Stoicus  
sapientis syllabatum tibi ista dixerit.

[Syllaeus color, quis: Supra in Sylla, ad finem.]  
**SYLLANIUS**, *συλλαnius*. Statuarius nullo doctore nobilis: de quo Plin.  
lib. 34. cap. 8.

**Syllaturio**, Vide SYLLATURIO.

**Syllepsis**, *συνσλλησις*. Figura est orationis, teste Rufiniano, quum dua-  
bus diversisque sententiis verbum accommodatur alteri non  
conueniens. Beda diffinit esse dissimilium clausularum per vnum  
verbum conglutinatum conceptionem: ut quum substantiuus,  
vominatiue diuersorum generum iungitur adiectiuum, ver-  
bumve alteri tantum respondens. Virgil. 1. Aeneidos, Sociis & rege  
recepto. Idem. 1. Ecl. sunt nobis poma, Castaneae molles, & pressi  
copia lactis. ¶ Aut quum pro multis vnus ponitur: ut, Vte-  
rumque armato milite complet. ¶ Aut pro vno multi, ut, Vos  
& Calliope precor, aspirate canenti. Vtaturus enim dixisset, O  
vos Muses. Dicta Syllepsis, *συνσλλησις*, quod est concipere,  
vnde Latine Conceptionem, siue Comprehensionem vertere  
possumus.

**Syllogismus**, *συνσλογισμός*. Argumenti firmissimi genus, ex duobus  
prouentatis conclusionem necessariam inferens. Latine Ratio-  
ciuationem vertere possumus. *συνσλογισμός*, quod est ratiocinari.  
Quint. lib. 3. c. 7. In syllogismo tota ratiocinatio ab eo est,  
qui intendit. [¶ Quid sit Syllogismus docet Gallus cap. 26.  
libro 15. Vbi definitionis Aristotelicae latinae habetur interpre-  
tatio.]

**SYLOSOK**, fontis *συλοσος*. Polycratis Samiorum tyranni frater qui  
quum Dario Hystaspis filio vestem quam ferebat, aliquando  
largitus esset, ab eo pro pensatione muneris tyrannidem do-  
no accepit. In qua admistranda crudelissime se se gessit, pa-  
triam eiuis exhauriens. Vnde tractum est prouerbum. *συνσλοσος*  
Hec est Sylosontis opera facta est loci am-  
pliatudo.

**Sylua**, *συλλα*, Nomen generale est non solum arborum, sed etiam  
herbarum. *συλλα*. GAL. Forest, bois. ITA. Selua, bosco. GERMAN. Ein wald. HISPAN. El bosque de arboles. ANGLIC.  
A woode. [¶ Plaut. Men. sc. 2. a. 5. Quid me venatum in syluam vo-  
casi? Bacche. Tbul. lib. 4. Nec quadrapes densas depascitur aspera  
syluas.] Vir. lib. 1. Geor. Subit aspera sylua, Lappaeque tribulique.  
Proprie tamen arborum, & quae caedua est, hoc est, quae habetur  
in enim vsum, ut ex ea materia caedatur. Quod si succilla sit, ni-  
hilominus dicitur sylua, quoniam rursus ex stirpibus, aut radi-  
cibus renascit. Cic. Attic. lib. 12. Mane me in syluam abstrudo

densam atque asperam: non exeo inde ante vesperam. Quint. lib.  
1. cap. 10 de Orpheo, non feras modò, sed laxa etiam syluaque de-  
xillè posteritatis memoris proditum est. Virg. 6. Aeneid. Icur in  
antiquam syluam, stabula alta ferarum. Dicta sylua, ab eo quod  
Graecis *συλλα*, id est, materia dicitur. Et vtili *συλλα* pro materia sic  
nostri Syluam posuerunt. Sylua autem vel glandifera est, cuius  
arbores non caeduntur, sed ad escam quadrupedibus praeben-  
dam seruantur: aut caedua, quod in ea arbores, quum ad iustam  
proceritatem creuerunt, caeduntur: ut vel adificationibus, vel  
aliiis vsum materiam praebant. Locus non est caeduus, sed ma-  
nus confusus, religiosusque Deo, vel hominis alicuius cineri de-  
dicatus, circa delubrum Dei vel sepulcri. Saltus est sylua inuia,  
vbi pasci & aestiuare, vel hyemare pecudes solent. Nemora vo-  
luptatis causa comparata, & plena amonitatis. ¶ Quandoque  
syluam accipiunt pro tumultuario, & extemporaneo scripto:  
quod Graeci *συνσλογισμός* appellant: cuiusmodi sunt Syluae Papi-  
nij, quas sibi subito calore & quadam festinandi voluptate ex-  
cidisse testatur. Quint. lib. 10. cap. 3. Diuersum est huic eorum vi-  
tium, qui primo decurrere per materiam stylo quam velocissimo  
volunt, & sequentes calorem atque impetum ex tempore scri-  
bunt: hanc Syluam vocant. [¶ Syluae & ambulationes in vrbe.  
Sueton. in August. c. 100.]

**Syluala**, diminutiuum. *συλλα*. GAL. Vn petit bois, petite forest,  
boschage. ITA. Picciola foresta. GERMAN. Ein waldchen. HISP. Pe-  
quenno bosque. ANGL. A little woode. Colum. lib. 8. ca. 15. Sunt enim  
quibus cordi est vel in sylualis tamaricu, aut scirporum fructus  
immorari: nec ob hanc tamen causam totus locus sylualis occu-  
petur.

**Syluester**, stris, vel hic & haec Syluestris, & hoc Syluestre, Syluo-  
sus. *συλλαιος*. GALL. Sauvage, rustique, champêtre. ITA. Sel-  
uatico, rusticano. GERMAN. waldechtig. Item bewertsch. HISP. Cosa de  
bosque. ANGL. wild. Linus 7. belli Pun. Tumulus erat syluestris  
inter Punica & Romana castra. Cic. in Lal. Quum locus ipse de-  
lectemur montosis, & syluestribus, in quibus diuicijs commemoratè  
sumus, hoc est, locus qui in montibus sunt, & syluis. [Ouid. 13.  
Metam. Qui nunc vt memoraat Syluestribus abditus antris.]  
¶ Interdum ponitur pro iaculis, agrestis, siue rusticus, *συλλαιος*.  
Ouid. 2. Fast. Transiit Euander syluestria numia secum. Virg.  
1. Ecol. Syluestrem tenui musam meditaris auena. ¶ Hinc Syl-  
uestrior comparatiuus. Plin. lib. 26. c. 27. Syluestriora omnia tar-  
diora.

**Syluaticus**, a, um. Quod est sylua, seu quod ad syluam pertinet.  
*συλλαιος*. GALL. De forest, sauage. ITA. Seluatico, di selua. GERMAN.  
Des walds. HISPAN. Cosa paracione a bosque. ANG. Of a woode. Varr.  
lib. 1. de re Rust. Vt fauces dicuntur ab eodem scriptore vine-  
aticae opus esse lex, terpiculae quinque, syluaticae quinque, arbor-  
ariae tres, rusticarum decem. Syluatica laurus, crescens in syluis,  
Cato c. 8. Syluaticus mus, id est, agrestis, siue in syluis habitans.  
Plin. lib. 30. c. 9.

**Syluicola**, a, pen. cor. Qui syluam incolit. *συλλαιος*. GAL. Qui habite  
es bois & forests. ITA. Chi habita nella selua. GERMAN. Ein waldwohner.  
HISPAN. El que mora en los bosques. ANGL. That dwelleth in a forest  
or woode. Propert. lib. 3. elag. 13. His tum blanditijs fartiuu per an-  
tra puellae Oscula syluicolis empta dedere viris.

**Syluicultrix**, icis, Syluae habitatrix. *συλλαιος*. GAL. Celle qui habite  
es bois & forests. ITA. Donna che habita nella selua. GERMAN. Ein  
waldwohnerin. HISPAN. La que mora en los bosques. ANGL. She that  
dwelleth in a woode. Catul. Epigr. 18. Vbi cerua syluicultrix, vbi  
aper nemoriuagus?

**Syluifragus**, a, um, pen. corr. *συλλαιος*, *δρυμύς* & *δρυς* *καταβόλον*.  
GALL. Qui rompt & abbat les forests. ITA. Spezza selua. GERMAN.  
Das die waldtrifst. HISPAN. Quebrantador de cortador de bosques.  
ANGLIC. A cutter of a woode or forest. ¶ Venti epitheton est quo  
arbores in syluis & franguntur, & euantur. Lucret. libro 1. mon-  
telque supremas Syluifragis vexat flabris. De vi & imperu ventoro-  
rum loquitur.

**Syluiger**, a, um, Syluofus. *συλλαιος*. GAL. Plein d'arbres, boscegenx.  
ITA. Seluoso, pieno d'alberi. GERMAN. Waldechtig. Das vnter dem holt.  
HISPAN. Llano de bosques. ANG. Full of trees or forestes. ¶ Vt Montes  
syluigeri. Plin. lib. 31. c. 3. Ideo syluigeri ab Aquilonis tantum pat-  
te sunt.

**Syluofus**, a, um, Sylua oblitus, arborum densitate syluae imaginem  
referens. *συλλαιος*, *δρυμύς*. GA. Plein d'arbres, boscegenx. IT. Seluoso,  
pieno d'alberi. GER. Waldechtig. HISP. Llano de bosques. ANG. Full of  
woodes or trees. Liu. 9. ab Vrbe. Saltus duo vtri, syluofusque sunt, mo-  
tibus circa se perplexis inter se coniancti. Plin. lib. 12. c. 5. Superio-  
res eiusdem rami in excellens emicant syluofa multitudine.

**Syluestrois**, ere, in nimiam ramorum, samentorumque vberitatem  
luxurians. *συλλαιος*. GALL. Deuenit sauage. ITA. Dinente sel-  
uatico. GERMAN. Ein em wald werden mit vnter dem schossin. HISP.  
Hazerse bosque. ANG. To waxe wild or thicke of boug, has lik a woo-  
de. Cic. in Catone, Quam multiplici serpentem lapsu, & erratico,  
ferro amputans, coercet ars agricolarum, ne syluesteat samentis,  
& in omnes partes nimis fundatur. Col. li. 4. cap. 1. Nec pali vitem  
superuacuis frondibus luxuriantem syluestere.

**SYLVANVS**, Syluarum Deus, qui Cyparissum puerum in delicijs  
habuisse dicitur, eundemque in arborem sui nominis, hoc est,  
in cupressum transformasse. ¶ GERMANI. Der waldgott Pap. ¶ Fa-  
bulantur enim Poetae, Cyparissum ceruam habuisse manufacta-  
ctam, eaque vnice adamasse: quam quum Syluanus imprudens  
occidisset, puer doloris impatientia contabuit. Cuius mortem a-  
gre ferens Syluanus, in arborem eupressum eum commutauit,  
quam amatij desiderio semper dicitur circumferre. Quidam  
Syluanum eundem esse putarunt cum Pane. Virg. in libro 1.  
Georg. manifestè eos distinguit. Nam quum dixisset, Pan ouium  
custos, &c. interiecta deinde Mineræ, & Triptolemi mentio-  
ne, lib.



lij. *Cic. de Finib.* Synophebos ego (*inquit*) potius Cæcilij, aut Andriam Terentij, quam vtramque Menandri legam? *Idem de Senectute*, Aut Status in Synephebis.

**Synephebis**, *συνεπιθεις*, Gemma est lactei coloris, alio nomine galactites. *Plin. lib. xli. cap. 10.* Galactites ex vno colore lactis est. Eandem dicunt leucogæam, & leucographiam. Appellant & synephebiten lactis succo & sapore notabilem.

**SYNEPTVS**, *συνεπτος*, e Pentapoli Africæ, philosophus Christianus, præsul Ptolemaidis factus. Scripsit libros in Grammatica, Philosophia, Panegyricos, Epistolas, & alia. *Autor Suidas.*

**Syngrapha**, *συνγραφα*, & Syngraphus, & Syngraphum, phi, pen. cor. *συνγραφα*. **GAL.** Scedula, obligatio, police. **ITAL.** *Polizza*. **GER.** Ein hand, christl. **HISP.** La escritura entre dos. **ANG.** A bill of ones hand, an obligation, acquittance. } Scriptura siue Scheda quæ sit propria manu contrahentium, ad pactorem fidem. [Dicam paulò fufius. Syngrapha, tabella est, in qua est per scripta pactio vtriusque pactifcentis manu. Syngraphas autem tantum in Græcia fieri consueffe reperio. Nam Romæ pactiones eiusmodi in accepti & expensi codices referebantur, quemadmodum Syngraphæ in tabella certa. (id est quæ data opera pararetur, neque aliud quicquam contineret, per scriberentur. Atque hæc ipsa est obligatio, quam nominibus fieri solitam Iustinianus scribit. *Vide Chirographum. Plaut. Asin. sc. ult. act. 1.* Ut voles nos esse syngrapham facito afferas. *Mox; Legem imponit. Ibidem sc. 3. act. 4.* Setum syngraphum.] *Plaut. in Asin. [sc. 1. act. 4.]* Agè, istum ostende quem conscripsi syngraphum Inter me, & amicum, & lenam. *Cicer. Treb. l. 7.* Tanquam enim syngrapham ad imperatorem, non epistolam attulisses: sic pecunia ablata, domum redire properabas. *Idem de Arusp. resp.* Alterum putabo Regem, si habuerit vnde tibi soluat quod ei per syngrapham credidisti. *Suetonius*, Cuius patri non dubitauit à quibusdam iusturandum, atque etiam syngraphum exigere. [Pro tessera seu publica fide. **GAL.** Passport, ou Saufconduit. *Plaut. sc. 2. a. 3. & sc. 3. a. 2.* A Prætorè sumam Syngraphum. **T.** Quem syngraphum? **H.** Quem hic ferat secum ad legionem; hinc ire huc vt liceat domum.] *Dicitæ syngraphæ* *συνεπιθεις*, quod inter cætera significat, scripto euenire.

**SYNNADA**, *συνναδα*, Ciuitas maioris Phrygiæ. *De hac Strabo lib. 10. sic scribit*, Synnada vrbs non magna, ante quam planities iacet oleis confita, sexaginta ferè stadiorum. Vterius est Docima vicus: & Synnadici lapidis fodina: sic enim eum Romani appellant: indigenæ verd Docimeten, & Docimeam. Vena in initio paruas glebas emittebat, nunc propter maximos Romanorum sumptus columnæ integræ & ingentes extrahuntur, & varietate alabastritæ lapidi proximæ. *Dicitur & Symnas, adis, vt apud Sidonium.*

**Synochites**, *συνοχίτης*, Gemma qua Magi afferunt umbras inferorum euocatas teneri. *Plin. lib. 37. cap. 11.*

**Synodia**, orum, *συνωδιον*, Congressus, colloquium: ex *συν* & *οδος*. *Cic. ad Att. lib. 10.* Inicela autem mihi spes quædam est, velle mecum Seruio Sulpitium colloqui: ad eum m. sit Philotimum libertum cum literis, si vir esse volet, det clara synodia, sin autem, erimus nos quales solemus.

**Synoditæ**, *συνωδιται*, in *L. C. de episcop. aud.* dici videntur monachorum comites. Nam *σθινη* viatorem significat. Solent enim monachi ex collegij sui inferiori ordine quempiam deligere, qui eos comitetur: quos Galli *Culopulos* appellant: quod (vt quidam aiunt) à tergo monachorum concinnantium sedentes illos horæ præteritæ culi pulsione admoent.

**Synodontes**, *συνωντιες*, Gemma ex cerebro synodontis piscis. *Autor Plin. lib. vlt. cap. 10.*

**Synodontis**, duntis, *συνωντις*, Piscis genus, in cuius cerebro synodontis gemma inuenitur. *Plin. lib. 37. cap. 10.*

**Synodus**, di, pen. corr. & *συνωδος*, idem quod Conuentus siue Cæus, à *συν* præpositione, & nomine *οδος*.

**Synodicus**, ca, cum, *συνωδικος*. Quod ad synodum pertinet, *Hieronymus*, Antè annos plurimos, quum iuarem Damasum Romanæ vrbs episcopum, & Orientis atque Occidentis synodicis consultationibus responderem.

**Synœcœosis**, pen. prod. *συνœκœοσις*, Figura quæ docet diuerfas res coniungere, & communi opinioni cum ratione aduersari, & habet magnam vim, vel ex laude vitium, vel vitio laudem exprimendi. Cuiusmodi est illud Hyperidis: nam hominis avari atque aforti, vnum atque idem vitium est. Vterque enim nescit vti, atque vtrique pecunia dedecori est: quare merito vtrique patri pœna afficiuntur, quos pariter non decet habere. *Ex Rustilio Lupo.*

**Synonyma**, *συνωνυμα*, Dicuntur quæ sub diuersis vocibus idem significant, vt Ensis, mucro, gladius.

**Synonymia**, *συνωνυμια*, Figura, quæ communitio nominis interpretatur. Vt cum eo genere eloquutionis, quoties vno verbo non satis videtur dignitatem, aut magnitudinem rei demonstrare. Ideoque in eandem significationem plura conferuntur: vt si dicamus, Prostravit, affixit, perculit.

**Synopsis**, *συνωπτις*, Per scriptio & inventarium, deducto nomine ex eo, quod quæ latè patebant, in vnum contracta simul omnia conspici cernique possint. *L. 9. §. 7. D. de reb. eor. qui sub tutel.*

**Syntagma**, atis, *συνταγμα*, Tractatus, ordinatio, rerum constitutio, documentum; *συνταγμα*, quod est componere, ordinare.

**Syntaxis**, *συνταξις*, Dicitur potest constructio, & series; à *συντασσω*, ordinare.

**Syntexis**, *συντεξις*, Colliquatio, & tabes corporis ex diuturno morbo: *συντεξις*, quod est liquefieri. *Plin. lib. 22. cap. 23.* Tali sorbitionis genere emendantur syntexes, id est, defec-

ationes ex longis morbis sumptæ. *Idem*, Aqua mulsa præclarâ vitulratem habet vitibus recreandis. ¶ *Inde Syntectici*, *συντεκτικω*, dicti sunt, quorum corpus longo morbo exhaustum est, & colliquefactum. *Idem libro 22. cap. 23.* Præcordiorum vitii syntecticis, comitialibus in vino, in aqua mulsa linguæ paralyti.

**Synterësis**, pen. prod. *συντηρησις*, Dicitur potest attentio, seu conseruatio. nam à *συντηρησις*, quod est conseruo, deriuatur. Vnde ea pars animæ, quæ vitii aduersatur, & sese semper immaculatam eupid à vitio conseruare, & perpetrata mala contitudo arguit, Synterësis dicitur.

**Synthema**, pen. prod. genitiuo synthematis, pen. corr. *συνθεμα*, Signum bellicum quod datur instructæ aciei. ¶ *Item tessera vigiliarum, quæ erat tabella scripta à tribuno data.* ¶ *Item nota & tessera quædam epistolaris, commendatrix eius qui eam reddebat.* ¶ *In Pandectis item Græcis Synthemata vocantur Diplomata, quæ iis dabantur, qui casu publico utebantur.* ¶ *Synthemata item dicuntur breues quædam & obscuræ sententiæ, & quædam quasi ænigmata, altiore quædam & recondita: tum sensum occultantia, cuiusmodi sunt Pythagoræ symbola. Habet & alia significata apud Græcos: quoniam ad linguæ Latinæ instructionem nihil pertinent, ex Græcorum lexicis petenda relinquimus.*

**Synthesis**, penultima correpta, *συνθεσις*, Compositio, *συνθεσις*, quod est componere. *Quintus Serenus* pro commissione accepit, Vilem (*inquiens*) deprehendit in illis Synthesis, & vulgata satis medicamina risit. ¶ *Est item Synthesis, figura compositaria* *συνθεσις*, à quibusdam confessis exordiens, & desinens in id quod in quæstione est. *Analysis* autem quasi reuexio est complexionis. Significatur item hoc nomine apta & concinna orationis & verborum structura & collocatio: in qua ita componuntur & struuntur verba, vt non asper eorum concursus, non huius sit, sed leniter coagmentatus, & molliter fluens. De qua ratione satis multa differunt *Cicero 3. de Orat. & Quintilianus libro 9.* ¶ *Est etiam Synthesis genus vestis breuis, qua Romani peculiariter in Saturnalibus utebantur.* Illis enim diebus omnes exuebant togam, & synthesis inducebant. *Dicitæ Synthesis, ab eo, quod consuta contextaque esset compositione quadam versicolori.* *Martial. [iniuo] lib. 14.* Synthesis dum gaudet eques, dominusque Senatus, Dumque decent nostium pilea sumpta Iouem. [*Idem Martial. vsum earum vestium in Saturnalibus, docet epigramm. 141. eiusdem libri.*] *Suetonius in Nerone, cap. 51.* Ac plerumque synthesis indutus, ligato circa collum sudario prodierit in publicum sine cineta, & discalceatus. ¶ *Synthesis præterea aliquando accipitur pro tota veste in vestiario composita.* *Scauola in L. Titia de Auro & Argent. legat.* Quæro an ex vniuersa veste, id est, synthesis: tunicas singulas & palliola Semproniam eligere possit.

\**Synthesis, item Vasorum compositio, qua multa eiusdem generis vasa in se inuicem includuntur: cuiusmodi pateras illas conspiciamus quæ Bellouacenses appellantur.* *Ssat. 4. Sylæ.* Aut vnam dare synthesis, quid horres? Alborum calicum atque cacaborum.

**Syntomia**, *συντομία*, Quam Latine concisionem vertere possumus, figura est qua res quantumuis magnæ, breui & compendioso verborum ambitu redduntur. Quam eandem nonnulli Græcorum *συντομια* appellant, à luce quam rebus addit. Nonnulli etiam *συντομια*, à mouendi efficacia. *Dicitæ Syntomia, σντομια*, quod est concidere, abbreviare.

**SYPHAX**, acis, pen. genitiui prod. *σφραξ*, Numidix rex fuit, qui quum Scipioni per Lælium fuisset conciliatus, bellique societatem cum eo iniisset, postea violata fide Annibali adhæsit. Tandem victus à Masinissa, viuus in Scipionis maneris perductus est, à quo in triumpho circumductus, & deinde in carcere inclusus, inedia vitam finiit, regno eius Masinissæ concessa. *Claud. de bello Gildonico*, Syphacem extulit, media syllaba correpta. -haurire venena, Compulsum durum Syphacem fratremque Metelli. Alij tamen ferè omnes constantè produunt. *Propert. lib. 3.* Annibalis spolia, & duri monumenta Syphacis. *Ouid. 6. Fast.* Postera lux melior vincit Masinissa Syphacem.

**SYRACUSAB**, pen. prod. *συρακυσαι*, Vulgò *Saragosa*, Ciuitas Siciliæ amplissima, sub Pachyno monte sita, vbi fons Arethusa ab Alpheo (vt creditur) Elidis fluuii per subterraneos cuniculos means, magna aquarum vberitate erumpit: [*Plautus Menachm. scen. 4. act. 2. & scen. vltim. act. 5.* Syracusis natus in Sicilia.] [**GER.** Ein furstliche stadt in Sicilien vñden am vorgebirg Pachynosis gegen auffgang syhet/ getägen/ bestet jet Saracosa.] *Cic. 6. Ver.* scribit Syracusas vrbem esse maximam Græcarum vrbiū, pulcherrimamque, quæ ex quatuor quasi vrbiū maximis constare videatur, quarum vna Insula nominatur, altera Acragina, tertia Tyche, à nobili Fortunæ templo, in ea extructo, quarta Neapolis. Syracusani multos claros principes habuerunt, sed præcipue clarissimum Dionysium seniore. Qui quum apud sitium Dionysium vidisset ingentem vasorum aureorum argentearumque copiam, exclamans, inquit, In te affectus regius non est, qui ex tanta poculorum vi amicum neminem tibi conciliauit. Ambo tamen Dionysij philosophi fuere, ambobque Platonem audierunt. Ex Syracusis fuit Archimedes mathematicus, & Theocritus poeta bucolici carminis scriptor, quem *Virgilius* imitatus est. [*¶ Erat & eo nomine Romæ locus, vt discimus ex Sueton. in August. cap. 72.* Erat illi, inquit, locus, in edito singularis quem Syracusas & *πυρρα* vocabat. (Augustus, sup.)]

**Syracusanus**, *συρακυσανος*, Gentile, formatum à Syracusis, *Saragosano, di Saragosa.* [*Plaut. Men. sc. 9. & vlt. a. 5.* Siculus sum Syracusanus.]



sunt. siue potius scopuli trans Bosphorum Thracium, in ipso Ponti Euxini ostio, mille quingentis passibus ab Europa distantes: tam modico autem inter se discretæ intervallo, ut ex aduerso quidem inuicem geminæ cernantur, paulum verò deflexa acie, cœuentium speciem præbeant. Quæ res occasione præbuit poetarum fabulis, qui eas olim inter se concurrisse tradunt. Vnde & nomen acceperunt *συνσπλινοειδῆς*, hoc est, à concurrendo, seu conflando. *Quidius*, Compressos vti nam Symplegades elisissent. Nominatiuus singularis est Symplegas, *συνσπλινοειδῆς*, penultima product. *Maritialis lib. 11* Si conitringantur gemina Symplegade culi. Quo in loco per geminam Symplegadam nates ipsas intelligit. \*Symplegma, pro eodem, apud eundem *Maritialis*. Quæ silent taceant quid exoleti, Quo symplegmate quinque copulentur.

Symposium, *συνπώσιον*, Compositio, conuiuium. { *Πρωτὸν* *miscitib. συμποσιον*. GAL. Banquet, festin. ITA. *Conuiuio*. GER. *Ein jährl. mahlfest*. His *Combite*. ANG. *A banquet or drinking together*. } *Cic. lib. 9. epist. ad P. autem*, Sapientius nos quam G. æciliu symposia, aut symposia, id, compositationes, aut conceationes: nos conuiuia, quatum maxime simul viuunt.

Symposiastes, *συνποσιαστής*, GAL. Faiseur de banquet & festin. ITAL. *Chi fa conuiuio*. GER. *Ein jährl. oder jährl. festin*. HISP. *El que haze combite*. ANG. *A maker of a banquet*. } Conuiuator seu conuiuij dominum, ipsi autem compositores, *symposia*, *συνπώσιον*. Cuius scemini num est *symposia*, *συνπώσιον*, compotrix.

Sympsalma, *συνψαλμα*, Vocum in cantando copulatio. Diapsalma, disunctio eorum.

Symmysta, *συνμύστης*, Secretarius seu secretorum conf. ius, ut apud interpretem *Origenis*. Sicut Iohannes Symmysta pronuntiat, dicens, Quia si quis peccauerit, aduocatum habemus apud Deum Iesum Christum.

Syn, *σύν*, Præpositio Græca, quæ in compositione significat simul: quemadmodum apud nos con.

Synæresis, *συνᾶρησις*, Contractio: figura qua duæ syllabæ in vnam contrahuntur, nullo sublato elemento: ut *Ære* dissyllabum pro *ærei*. *Virg. l. 6. Æn.* Centum *ære* claudunt *ueteres*, &c. Item *ferre* per duas syllabas pro *ferrei*. *libi* *Ferre* que *Eumenidum thalami*. Dicta *synæresis* *συνᾶρησις*, quod est contrahere. Hæc figuræ contraria est *diæresis*, quam syllaba in duas resoluitur.

Synagoga, pen. prod. *συναγωγή*, idem quod congregatio, vel cœtus. *συνᾶρησις*, quod est congregatio.

Synalæphe, *συναλοιφή*, Absumptio vocalis dictionem finitantis, sequenti dictione incipiente à vocali. Dicta *synalæpha*, *συνᾶρησις*, hoc est, à conglutinando, propterea quod per eam duæ syllabæ in vnam coalescant.

Synanche, *συναγχή*, GAL. Esquinancie. ITA. *Schinancia*. GER. *Röten geschwür*. HISP. *Esquinancia*. ANG. *The quinsey, a disease so called*. } Angina, morbus in faucibus, & proprie ex musculorum interiorum inflammatione, teste *Ægineta*. Nam quum malum guttur ipsum inuaserit potius *Synanche*, *συναγχή*, appellatur. Quæ tamen differentia non raro confunditur. *Cels. lib. 4. c. 4.* Ut hoc autem morbi genus circa totam ceruicem, sic alterum æquæ pestiferum, acutumque in faucibus esse consuevit: nostri Anginam vocant: apud Græcos nomen, prout species est. Interdum enim neque rubor, neque tumor vllus apparet: sed corpus aridum est, vix spiritus trahitur, membra soluuntur, id *συναγχή* vocant. Interdum lingua fauceque cum rubore intumescunt, vox nihil significat, oculi vertuntur, facies pallor, singultusque: id *συναγχή* vocatur. Illa communis sunt, Æger non cibum deuorare, non potionem potest, spiritus eius includitur. Leuius est, vbi tumor tantummodo & rubor est, cætera non sequuntur, id *παρασυναγχή* appellant. *Hæc Celsus*.

Synathroesmus, *συναθροεσμός*, Figura est, quam nos congeriem vertere possumus, *συναθροεσμός*, quod est congerere, seu congregare. Potest autem & singulis verbis, & plurium verborum coniunctione fieri. Singulis, hoc modo. Sed quum ad sufficiens fumendum se confirmaret, multa simul eum reuocabant, officia, consuetudo, tempus, existimatio, periculum, religio. Plurium verborum coniunctione sic apud *Lycurgum*, Nemo enim nocens sine summo mœrore est, Iudices, sed multa simul eum perturbant: quod adest, sollicitudinis plenum: quod futurum est, formidolosum: lex paratum supplicium ostentans, vitia ex vitis coacta, occasionem arguendi malefici captans inimicus quæ quotidie eius animum vehementer excruciat. *Vide Ruilium*.

Synategoremata, *συνατηγόμενα*, Latine dici potest vox consignificatiua. Sunt enim *synategoremata* particulæ per se ipsas nihil significantes: quæ tamen orationem ingressæ aliarum compositioni non nihil addunt. Huiusmodi sunt quæ à *Dialecticis* vocantur *Signa* vniuersalia, & particularia, ut *Omnis*, *Nullus*, *Quidam*.

Synategorematicus, *συνατηγόμενος*, id est, consignificatiuus.

Syncerasium, *συνκέραιον*, inquit *Varro lib. 6. de ling. Lat.* dicitur omne edulium antiquo vocabulo Græco. *Pacuius in Phagone*, Honos *syncerasium* perit, pernis, glandio.

Syncerus, a, um, penultim. prod. Integer, illæsus, non mutilatus. { *קנין* *naki tamim* *תמים* *תמים*. GAL. *Sincere*, pur & net, sans mixtion & mélange. ITAL. *Sincero*, puro, intero, reale. GER. *Gang*, vniuersitatis *unuerse*. HISP. *Cofa lymphia y entera*. ANG. *Pure*, *syncere*, *simple*, *uncorrupted*, *without dissimulation*. } Tractum ab eo, quod qui diuidere fructum communem alueorum cum socio volunt, simul cum cera, mel partuntur, quod si mel tantum sine cera consignent, fraudant socium, nec agunt integrè. *Syncerum* itaque, quasi simul cum cera. *Ouid. l. 12. Metam.* rursus sine vulnere corpus *Syncerum*que fuit. *Lucret. lib. 3.* Sin ita *synceris* membris ablata præfugit, Vt nullas partes in corpore liquerit ex se, &c. *Cicer. lib. 11. Epist.* Hoc mihi

da, ut *M. Curium* integrum *syncerum*que conserues. Accipitur item *syncerus* pro puro, & incorrupto, *Horat. lib. 1. Epist.* *Syncerum* est nisi vas quodcunque infundis, acelsit. } Aliquando pro vero & minime fucato. *Virg. Georg. l. 1. C. 2. de Diuin.* Quod licet existimare, in aliis quoque oculis *Delphicis* aliquid non *synceri* fuisse. *Idem lib. 2. Offic.* *Perpicere* quid in quacunque re verum *syncerum*que sit. *Lucr. lib. 9. bel. Pun.* Si spatium ad sua, ut velit, componenda detur, nihil *syncera* fide cum Romanis acturum. *Syncerus*, *synceris* *De natus*, id est, purus, sine fucato & simplex, ut mel sine cera: quod etymon si admittamus, *Syncerus* i Latino scribendum erit *syncer*, *syncer*, pro vitato & incorrupto. *Virg.* In *syncerus* apes tulit cruor. \**Sonere syncerum*. *Lucr. lib. 3.* Scire licet non *syncerum* sonere, atque subesse *Cæcum* aliquem cordi stimulum. Id est, intelligere potes verba illius non ex animo & verè dici. *Perfusus Sisyphus*. solidum crepare dixit, eadem figura. Est enim per metaphoram à vas fictilibus desumpta locutio, quæ tinnitu cognoscuntur sintne solida & syncera, an fracta & rimosa. [ *Gellius cap. 1. lib. 6.* *Syncera* aut ægræ animi partes. *Idem cap. 10. lib. 18.* *Syncerore* corpulculo fieri. (id est valentiore.) *Idem cap. 8. lib. 6.* *Haud syncera fama*. *Plaut. Menach. sc. 2. a. 2.* *Sacres synceri porci*. *Lucret. lib. 4. dec. 5.* *Syncerum gaudium*. *Sueton. in August. cap. 40.* *syncerum & incorruptum seruare populum*, &c. *Synceri* apud *Linium 1. dec. 4.* & imbuti, atque infecti inter se opponuntur.]

*Syncerissimus*, superlat. *συνκέραιστος*, Purissimus. *Gel. lib. 16. cap. 1.* *Quint. Claud. optimus & syncerissimus scriptor*.

*Syncerè*, aduerbium, Purè & integrè. { *συνκέραιως*. GAL. *Sincere*, purement, entierement. ITAL. *Sincera*, mente, puramente, interamente. GER. *Unschuldig*, getwöhlich. HISP. *Limpiay enteramente*. ANG. *Purelie*, *uprightlie*. } *Casar 7. belli Gallici*, Hæc ut intelligatis, inquit, *syncerè* à me pronuntiar, audite Romanos milites. *Cic. ad Att. lib. 3.* *Crassi liberum* nihil puto *syncerè* loquutum.

*Synceriter*, aliud aduerbium, eiusdem significationis. *Gell. lib. 13. cap. 15.* Quas qui *synceriter* captiuis.

*Synceritas*, *συνκέραιος*, Puritas, integritas. { *συνκέραιος* *συνκέραιος*. GAL. *Pureté*, *sincerité*, *netteré*. ITAL. *Sincera*, *purità*, *integrità*. GER. *Launtere*, *aufrichtigheit*. HISP. *Limpio*, *ad integridad*. ANG. *Puritie*, *uprightnesse*. } *Plin. lib. 31. cap. 7.* *Salutarium sinceritas summa fecit suam differentiam*. *Colum. lib. 4. cap. 26.* Atque alia conuertenda, quæ *synceritatem* habent: alia tummo *syncera*, quæ vel cartola, vel iusto *luciora* sunt. [ *Gel. cap. 2. lib. 14.* *Probitas hominis & sinceritas*. ]

*Synchronos*, *συνχρονος*, Contemporaneus. Vnde scribit *Hieronymus* *Oscam* prophetam fuisse *synchronon* *Isaia*. Et *Varro* ait, non esse dubium quin aliquo tempore eodem vixerint *Homerus* & *Hesiodus*, còque *synchonos* fuisse testatur.

*Synchylis*, *συνχυσις*, Confusio, turbatio ordinis: Vnde accipitur pro figura, seu vitio orationis, quam ordo perturbatus est: quod & hyperbaton appellant: cuiusmodi est illud *Virgilianum*, *Tres Notus abreptas in taxa latentia torquet*: *Saxa* vocant Itali *medus* quæ in fluctibus aras. Dicta *Synchylis*, *συνχυσις*, quod est confundere, seu perturbare.

*Syncliput*, *συνκλιπτω*, *Vide SINCIPUT*.

*Syncope*, *συνκλιπτω*, Concisio, figura quum litera vel syllaba à medio dictionis absinditur: ut *Compositus* pro *Compositus*: *Virum* pro *Virorum*. Dicta *Syncope*, *συνκλιπτω*, quod est concidere.

*Syncrisis*, pen. cor. *συνκρίσις*, Figura eadem cum antithesi, hoc est, comparatio rerum atque personarum inter se contrariarum: ut *Tu delinquis, ego arguor* pro malefactis. *Cic. pro Muræna*, *Vigilas tu de nocte, ut consultoribus tuis respondeas: ille ut maris, quod intendit, cum exercitu perueniat: te gallorum cantus, illum buccinarum strepitus excitat*.

*Syndicus*, ci. pen. cor. *συνδικος*, Patronus, qui cum alio causam aliquam tuendam accepit, quive secundis actionibus causam defendit: ut in causa *Cornelii Balbi* *Cicero*.

*Syndicidem* sunt ciuium aduocati & defensores iuris publici quasi in causam publicam commun ter incumbentes. Vnde apud *Plutarchum* legimus, *Aristidem* ab Atheniensibus creatum fuisse *Syndicum*, ut communem causam Græcorum, ciuium suorum nomine defendere. *Demosthenes* quoque *συνδικος*, refert lege sancitum fuisse Athenis, ne cui iterum *Syndicum* fieri liceret, creatique à populo: idque ideo, ne *συνδικος*, id est, *Syndici* munus ob publicam utilitatem inuentum, verteteret in quæstum, compendiumque priuatum. Hoc nomine vocari possunt, quos hodie *Deputatos* nostri vocant. *Budæus*.

*Synecdoche*, *συνεκδοχή*, Figura locutionis, qua à parte totum, vel à toto pars intelligitur: ut *Puppis*, pro nauis; & *Annus*, pro hyeme. *Virg.* Quam multæ glomerantur aues, vbi frigidus annus *Trans pontum* fugat, id est, frigida hyems.

*Synechon*, *συνεχων*, A Latinis Rhetoribus continens, vel firmamentum dicitur, *συνεχων*, quod est continere.

*Synedrus*, Latine confessor & consiliarius. { *συνεδρος*. GAL. *Senateur*, conseiller. ITA. *Senatore*, consigliere. GER. *Ein beschickter rathherr*. HISP. *Senador*, consejero. ANG. *A senator or one of the counsaile*. } *Liu. 5. Decad. l. 5.* His rerum externarum cogitationibus interpositus, *Macedonum* rursus aduocatum consilium: pronuntiatum quod ad statum *Macedoniæ* pertinebat, *Senatores*, quos *Synedros* vocant, legendos esse, quorum consilio *Repubblica* administraretur.

*Synephebi*, pen. prod. *συνεπηβοι*, Dicuntur adulescentes simul pubescentes, Quod nomen inditum est comœdiæ *Stratij* *Cœcilij*.



iisdem collegij sunt, quos Græci *συναίτιοι* vocant.

**Syllabæ**, *συντάξις*. Figura quæ longa syllaba contra naturam corripitur: ut apud *Virgilium*, Connubio iungam stabili, propriamque dicabo: ubi na, syllaba corripitur, quæ naturaliter longa est, quum à nubo deducatur, cuius prima syllaba producit. Quare & in nomine connubium erat producenda: quo pacto etiam idem vsus est. *Æn.* Hectoris Andromacha Pyrrhinus connubia feruas?

**Syzygia**, *συζυγία*, Coniugium, siue coniugatio: *Vnde Galenus lib. 8. c. 10.* De vsu partium, septem illas parium nervorum productiones, quibus sensus à cerebro in uniuersum corpus distribuntur, syzygias appellat. Harum prima est nervorum *ἐπιτομῆς*, hoc est, visoriorum, qui circa medium sui coeun-

tes, & Græcæ literæ imaginem referunt; rursusque separati, in oculos recipiuntur, quibus spiritum visorium subministrant. Secundæ syzygiæ nervi in oculorum musculos inserti, motum iis suppeditant. Tertiæ gustus sensum in linguam, reliquæque oris partes defert. Quarta tori palati tunicæ inseritur. Quinta ad aures fertur, iisque sensum auditus suppeditat. Sexta ad intestina, visceraque omnia ad sensum transmittit, neruolique recurrentes producit. Septima dat motum linguæ, & testis laryngis muscolis. Est & alia præter has, quæ versus nares odoratus gratia defertur: quæ idcirco non annumeratur inter neruorum syzygias, quod extra cranium non producat. *Vide plura de his apud Galenum de dissect. neruorum, & lib. 8. c. 10. De vsu partium.*



T



**LITERA**, ut ceteræ mutæ, ori non nihil inter pronuntiandum exhibet negotij. Quod & Lucianus significat, qui in iudicio vocalium ludens, & inducit T literæ obiectem, quod vinculis quibusdam vocem humanam intorqueat, ac dilacerare conetur. Apud Atticos & Dores frequenter o sede sua eiicit. Rursus apud Latinos non pauca per t scribimus. Nam mētare & pultare antiqui dicebant, nos mētare & pultare dicimus. Habet præterea t litera cognationem quandam cum d, ut ait *Quintil. lib. 1. cap. 4.* veteres nanque Alexander & Cassandra scribebant, ubi nos Alexander & Cassandra.

**HISPA.** Pertinens ad tendam. **ANG.** Belonging to a shop or workshop. **vt** Comædiæ tabernariæ, in quibus humiles personæ introducebantur: cuiusmodi sunt institores, qui in tabernis metes venditant.

**Tabernarius**, *ταβερνῆριος*, Institor, qui in taberna merces suas venales habet. *ῥαβηλ* *rochel*. **GAL.** Boutiquier, mercier, tauernier. **ITAL.** Botegaro. **GERM.** Ein trdmaz, der in etnem lauffstaden sell hat. **HISP.** El tendero, mesonero d' ventero. **ANG.** He that keepeth a shoppe and selleth wares. *Cic. pro L. Flacc.* Opifices & tabernarios atque illam omnem faciem ciuitatum quid est negotij concitaret. *Idem pro domo sua*, Clodius concitator tabernariorum. *Calpurnius ad Cic. lib. 8.* Sed dici non potest quomodo hic omnia iaccant: nisi ego cum tabernariis & avariis pugnares: veteris ciuitatem occupasset.

**Tabernaculum**, *ταβερνάκιον*, Subitarium quoddam tectum frondibus, aut stragulis operum aduersus solis, tempestatisque iniuriam: cuiusmodi sunt, quæ in castris excitantur, & modò huc modò illuc transferuntur. *ῥαβηλ* *ohel*. **GALL.** Tabernacle, paviillon ou tente de guerre. **ITA.** Tabernaculo. **GERM.** Ein hatter geytt. **HIS.** La tienda de lienço d' tablas. **ANG.** A tent or pavilion. *Cas. 6. bell. Gall.* Hic diffusus lux ad omnium salutem, inermis ex tabernaculis prodit.

**Tabes**, *ταβή*, Colliquatio ex morbi diuturnitate, seu nimia corporis extenuatio ex cura, animivæ agritudine procedens. *ῥαβηλ* *ταβή*. **GALLIC.** Maladie par laquelle vne personne deuiet en chartre tout sec & etique, usie. **ITA.** Tifichera, mal di tifisco, marcia, sangue marcio. **GERM.** Schwefel, aufsetzung oder aufortung. **HISPA.** Corruccion d' podre o usica. **ANGL.** A pyning and drying away for lacke of natur all moisture. *¶* Huius tres sunt species. Vna, quum corpus non alitur, & ita summa oritur macies, & nisi occurratur, occidit: quæ *αποφθία* dicitur à Græcis: & qui hoc malo laborant, *αποφθιοι*. Altera ubi malus corporis habitus est, idcircoque omnia alimenta corrumpuntur. Hanc Græci *καχεξία* nominant. Tertia, quam Græci *σπιλον* vocant, *σπιλον* est, quod est consumi, & tabescere, quum in pulmonem descendit à capite pituita, & frequens tussis oritur, cum exulceratione. Ex hac febricula leuis fit, quæ etiam quum quieuit, tamen & repent; frequens tussis est, pus excreatur. *Hæc Sipontinus ex Celso lib. 3. cap. 1.* Tabem (inquit *Festus*) antiqui vsurparunt pro eo quod quid faceret tabescere. *Sallustius Cass.* Vbi tabes plerisque ciuium animos inuasere. *Cic. 3. Tusc.* Habet ardorem libido, leuitatem lætitiæ gestiens, humilitatem metus: sed ægritudo maiora quædam, tabem, cruciatum, afflictionem, &c. *Virg. 6. Æneid.* Hic quos durus amor crudeli tabe peredit. *Vbi Seruius* Tabes, corpore defluente paulatim.

**Tabes**, *ταβή*, Arborum tabes, qua arbores alimentum non sentientes elanguescunt, & tandem arefiunt. *ῥαβηλ* *ταβή*. **Plin. lib. 17. cap. 24.** de vitibus & morbis arborum loquens. Quædam temporum causæ aut locorum non propriè dicuntur morbi, quoniam prorsus necant: sicut tabes cum inuasere arborem, aut vredo, &c. Quæ verba *Plinij* ad verbum ferè ex *quarto Theophrasti de plantis* transcripta sunt qui hanc tabem *ἑμπύριον* *ῥαβηλ* *ταβή* vocat, quasi percussione, aut stuporem arborum, quum stirpes arefcunt tabido morbo exusti, eo modo quò homines ægri longa tabe emaciari, defectique. Interdum aliquid cruentum, & purulentum significat, quod Græci *φύμα*, seu *λύττον*, nominant. *ῥαβηλ* *mak* *Quid. 3. de Pon.* Tinctaque mortifera tabe sagitta maderet. *Seruius in illud Virg. 3. Æn.* Et terram tabo maculant. **Tabo** (inquit) nomen est sexti casus tantum: quod si velis declinare, hæc tabes, huius tabis dices. In hac tamen significatione vtitur vti nomen tabo. *Idem lib. 8. Æn.* Et sanie taboque fluentis. *Vbi idem Seruius*, Sanies mortui est: tabo viuientis, scilicet sanguinis. *Quid. 2. Metam.* Protinus inuidiæ nigro squalentia tabo Tecta petit. *Vbi interpres*, Diptoton nomen est, & duorum casuum: nam tabi, & tabo solum inueniuntur. *Virg. 3. Georg.* Turpi dilapsa cadauera tabo.

**Tabitudo**, *ταβή*, Peculiariter tamen ad tabitudinem longo morbo redactis subuenit, de halica.

**Tabidus**, *ταβή*, Tabi obnoxius, propriè de eo dicitur, qui morbo, vel animi ægritudine extabescit, & colliquatur. *ῥαβηλ* *tom. 11.*

T ante A.

**TABAE**, Tabarum, *ταβαι*. Vrbs Ciliciæ, ut ait *Plin. lib. 5. cap. 27.* *¶ Stephanus*, Tabas alias collocat in Lydia, item alias in Caria, & alias in Paræa.

**Tabanus**, *ταβανος*, pen. cor. Muscæ genus, quod & asilum Latini nominant, in ore aculeum habens, quo armenta maximè infestat. *ῥαβηλ* *ταβανος*. **GALL.** Tahon. **ITA.** Tafano, tauano. **GERM.** Ein bräme. **HISPA.** El tauano. **ANGL.** A flie sucking the blood of beasts, a horse flie or dogge flie. *Vnde Poetæ* fingunt Io puellam, tabano à Iunone immisso, verisim fuisse in insaniam. *Plin. lib. 11. cap. 28.* Reliquorum quibusdam aculeus in ore, ut asilo siue tabanum dici placet: item culicibus & quibusdam muscis. *Varro 2. de Rer. lib. 1. cap. 5.* Itaque quod eas æstate Tabani concitare solent, &c.

**TUSCVLVUM**, τυσκων, *Straboni.* Oppidum Latij, xv. m. passuum ab vrbe distans, olim inter insignes Latij ciuitates numeratum, Federici Anobarbi temporibus, à Romanis Pontificibus deletum, eò quòd Imperatori Pontifici bellum inferenti auxilio fuissent Tusculani. Hodie obscurus est vicus, quem Romani *Friscaiam* vocant. Dicitur autem putatur Tusculum, quasi *τυσκων*, propterea quòd in monte satis edito situm, molestiam exhiberet ascendenti: bus. Est enim *τυσκων* vexare, seu molestia afficere. Conditum autem existimatur à Telegono Vlyssis & Circes filio, qui quum patrem imprudens occidisset, in ea se loca recepit.

**Tusculanus**, a, um, diminutiuum. *τυσκων*, *Stephano:* vt Ager Tusculanus, Ciceronis villa nobilitatus: & Tusculanum municipium, Catone Censorio municipio illustratum.

**Tussis**, sis, sism, form gen. Vehemens spiritus efflatio (vt *desinit Galen. in tractatu de Symp. causis*) ea quæ meatum suum obstruunt excutere conantis. {βήξ.} **G A L.** Toux. **I T A L.** & **H I S.** Tesse. **G E R M A.** Der huffen. **A N G.** The coughe. } Quæ si continè vexet, à *Seneca* pertussis nuncupatur. Est enim continens tussis & inueterata, quæ vix vquam eliditur, ex qua multi conficiuntur. *Ter. in Heaut.* Gemitus, secretus, tusses, vilus abstinete. *Virg. 3. Georg.* Hinc canibus blandis rabies venit, & quatit ægros Tussis anhela sues, ac faucibus angit obefis. *Catull. Epigram. 41.* Qui libenter in tua suburbana villa, Malamque pectore expulsi tussim. *Ibid.* Hic me grauedo frigida, & frequens tussis Quassauit.

**Tussicula**, tussicula, diminutiuum. {βήξων.} **G A L.** Vne petite toux. **I T A L.** Picciola tosse. **G E R M.** Klein huffen. **H I S P.** Pe-

*quenma tosse.* **A N G.** A little coughe. } *Plin. Epist. 14.* Veteris infirmitatis tussicula admonitus, &c.

**Tussedo**, tussedinis, idem quod tussis, βήξ. *Apul.* Assiduo pulsu tussedinis huius pectora.

**Tussio**, sis, siui, situm, Tussim patior. {βήξω.} **G A L L.** Tousser, ou toussir. **I T A L.** Tossire. **G E R M.** Husten. **H I S P.** Tesser. **A N G L.** To coughe, to auoide with coughing. } *Plautus in Asin.* Forè si tussire ocepit, ne sic tussiat, Vt cuiquam linguam in tussiendo proferat. *Plin. libro 20. cap. 2.* Semen eorum cumino tritum, potumque in vino, tussientibus auxiliatur. *Martial. lib. 1.* Et placet, & tussit. *Horat. 2. Serm. Sat. 22.* -siquis Forè coheredum Senior malè tussiet.

**Tussilago**, tussilaginis, Herba est syluestris folia habens quina, aut septena, maiuscula quam hederæ, subalbida à terra, supernè pallida, sine caule, sine flore, sine semine, radice tenui. {βήξων.} **G A L.** Pas d'âne. **I T A L.** Passo d'asino, farfara. **G E R M.** Hantich odur rosshuff. **H I S P.** Vna de asino farfaro. **A N G L.** An hearbe which remedeth the cough. } Nomen habet ab effectu, quòd fumus eius per arundinem haustus, tussim quatumuis veterem sanare dicitur. Officinæ *Vngulam caballi* hodie appellant. ¶ Est & Tussilago satiuæ, à quibusdam salua appellata, similis verbasco, quæ in puluerem contrita, aduersus tussim vtiliter bitur. *Autor vtriusque Plin. lib. 26. cap. 6.*

**TUTANVS**, pen. prod. Deus quidam apud Romanos, idem (vt *putatur*) cum Hercule, quem periclitantes inuocabant, vt ipsos tuta retur. *Virg. in Hercol. vt citat Non.* Noctu Annibaljs quum fugauit exercitum Tutanus, ob hoc Tutanus Romæ nuncupor: hac propter omnes qui laborant, inuocant.

**TUTE**, Tu ipse, σὺ αὐτὸς. *Cic. 4. Ver.* Hoc autem tute fatebere. *Idem 2. Tus.* Reliquum est vt tute tibi imperes. [Vide Tu, supra.]

**Tutelá**, Tutelatis, Vide **TUTOR**.

**TUTILINA**, Dea apud Romanos (inquit *Nonius*) à tuendo dicta. *Var. in Hercule, vt citatur ab eodem Nonio,* Tuam si leim Tutani in oco, quæ adesse mortalibus soles. Hanc *August. lib. 4. de Ciuitate Dei,* præ se frumentis collectis, atque reconditis scribit, vt tutò seruantur.

**TUTOR**, Tutorius, Vide **TUTOR**.

**Tutulit**, inquit *Festus*, Ornamentum capitis Flaminicarum, & vta purpurea innexa crinibus, & in altitudinem erecta, qua Flaminia à cæteris mulieribus discernebatur. Viri item in sacris tutulis utebantur, qui inde tutulati dicebantur. *Var. lib. 6. de ling. Lat.* Tutulati dicti, qui in sacris habere solent vt meram in capitibus: id tutulus appellatur, ab eo quòd matresfamilias crines conuolutos ad verticem capitis, quos habent vt velatos, dicunt tutulos, siue ab eo quòd tuendi causa capilli fiebant, siue ab eo quòd altissimum in vrbe, quod est arx, ea res tutissima, tutulus vocatur.

**Tutus**, tuta, tutum, Vide **TUTOR**.

**Tutus**, tua, tuum, pronomen possessiuum à Tu, {σὺ.} **G A L.** Tien, Qui est à toy. **I T A L.** Cosa tua. **G E R M.** Dein. **H I S.** Cosa tua. **A N G.** Thine or belonging to the. } *Plautus in Persa,* Tui merx est, tua indicatio. *Cic. ad Trebonium, lib. 15.* Nunc hæc primò cupio cognoscere, iter tuum cuiusmodi sit. [*Catull. de Com. Beren.* Adiuo te tuamque caput. *Plaut. Capt. sc. 5. a. 5.* Tuus sum: Tuas (i. manus serui tui) vel præcidi iube. *Idem Men. sc. 1. act. 5.* Patri enarrabo tua flagitia, quæ tu facis. *Idem Curc. sc. 3. a. 1.* Eziro vt pretio peruicias tuo. *Idem Men. sc. 2. a. 1.* Non audes de tuo addere. *Ibid. sc. 7. a. 5.* Si tuum negas me esse, (i. seruum) sine abi-re liberum. ¶ Tuus, pro à te: *Plaut. Milit. sc. 5. act. 2.* Tux mihi turba non placent, (i. à te concitant.) ¶ Tuus pro Tui. *Ouid. 13. Metam.* Quis tuus vsus erat? &c.] ¶ Tuum est, ad te spectat, tui est negotij & officij. *Terentius in And.* Tuum est, siquid præter spem euenit, mihi ignoscere. De tuis vnus: pro vnus tuorum amicorum, vel de numero amicorum tuorum. *Cic. ad Cas. lib. 13.* Qui & in bello tecum fuisset, & propter memoriam Crassi, de tuis vnus esset. ¶ Tuum studium adolescentis, id est, quo tu adolescens teneris, *Cic. ad Paulum lib. 15.* Sed molestè sero me Conulem studium tuum adolescentis perspexisse: te meum, quum id ætatis sum, perspicere non posse. ¶ Tuapte, & Tuopte, ablatiu sunt ex Tua, & Tuo ablatiu, & Pre, syllabæ adiectione compositi: vt, Tuapte sponte, id est, tua ipsius sponte: Tuopte consilio, id est, tuo ipsius consilio. *Plaut. Milit.* Quippe si rescituere inimici consilium tuum, tibi Tuopte consilio occulant linguam. Tuatim aduertibium significat tuo more. *Plautus in Amphitr.* Iam tuatim facis, *ubi Sospiter lib. 2. sua Gramm.* tuatim, tuo more exponit!

T ante Y.

**TYANA**, penultima corrept. *tyana.* Cappadociæ ciuitas ad radices Tauri montis patria Apollonij, siue ille magus, siue philosophus fuerit: cuius vitam fabulosissimo volumine exequitur *Philostratus.* ¶ Hinc sunt gentilia Tyaneus, & Tyanites, *tyanus, tyanusius, Stephano.* Poetæ aliquando ceterunt Tyaneus per quinque syllabas. *Ouid. 8. Metam.*

-ostendit adhuc Tyaneus illic  
 Incola de gemino vicinis corpore truncos.

**TYBRIS**, Vide **TIBERIS**.

**TYBUR**, tyburis, Tyburs, tyburtis, & Tyburcius, na, num, rectius in nostro scripturis, prælerim quum apud *Suid.* *Steph. Strab.* *tyburtis* quæ *Gæcos* *tybours, tybours, tybours* per iota legamus. *De his itaque vide supra suis locis.* Vulgò *Triueli.* [*Ouid. 6. Fast.* Inde suburbano clarus Tiburre triumpho. Vulgò Tyborte, pery.]

**TYCHE**, tyches, τυχη, Nympha marina, Oceani & Tethyos filia. *Herod. in Theog.* Εὐδωρὴ τῆς Τύχης τῆς ἑσπερίας, ἀδελφῆς τε. ¶ Fuit item Tyche, vna ex quatuor Syracusanæ vrbs partibus, à nobilitate Tem-



exercitatum in cognitione signorum. *Iuven. Sat. II. nec latus Afræ Nouit aus noster tyrocululus.*

**Tyruncula**, scemininum, quo *Columel.* vltus est pro cane adolefcentiore, in educandis catulis parum adhuc exercitata. Quoniam (*inquit l. 2. cap. 7.*) Tyruncula nec recte nutrit, & educatio totius habitus aufert incrementum.

**Tyrocinium**, tyrociniij, Prima artis alicuius rudimenta. { *ἄρτιον ἐπιμαθήματα, ἢ ἀσκήσεις, ἢ διδασκαλίαι.* GAL. Apprentissage. ITAL. *Essò imparare, capo di opere.* GERMAN. *Etz er fte anfang/das erft v: r fuchftu.* HISPAN. *A quella nouedad, capo de obra.* ANG. *Prentishippe.* } *Sueton. in Tyber. cap. 54.* Neronem & Drufum patribus commendauit, diemque utriusque Tyrociniij collegiario plebi dato celebravit. Tyrociniij autem die adolefcentuli togam puram sumebant. Tyrociniium nauium dixit, *Plinius lib. 27. cap. 7.* per metaphoram, quum primum mari committuntur, & veluti in Neptuni militiam confcribuntur. { *Seneca.* Prouocata tyrociniis Ciceronis Syllana potentia. (in cauffa Roscij.) }

**Tyro**, siue **Tiro**, Nomen liberti Ciceronis, in omni literarum genere exercitiffimi, ad quem extant multæ Ciceronis epistolæ.

**Tyronianus**, tyroniana: tyronianum, siue Tironianus, possessiuum à Tyrone Ciceronis liberto formatum. *Gell. lib. 1. c. 7.* In oratione Ciceronis quinta in Verrem, libro spectata fidei, Tyroniana cura, atque disciplina facta.

**Tyro**, *ἄρτιον*, Virguncula fuit Theffala Salmoni filia, ex qua Neptunus Neleum & Peliam suscepit. *Propert. l. 7.* Vobiscum est Iope, vobiscum candida Tyro, &c.

**Tyrocnéftis**, *τυροκνήστις*. GAL. Vne gratuisse. ITAL. *Gratarola*, alibi *gratacafo*. GERMAN. *Ein reißelstein.* HISPAN. *El rallo.* ANGL. *A grater.* } Instrumentum culinarium, quo foraminato calcus differitur minutatim.

**Tyros**, siue **Tyrus**. { *ἡ ἰσὴρ, ἡ ἄρτιον.* Vulgò *puero de Sur.* GERMAN. *Etz gewaltige gewerbhatt in Phönicia am Meer gelegen.* Vrbs Phœnicies olim celeberrima, vna ex iis quæ Tripolim efficiunt, olim insula, sed Alexandri operibus continenti coniuncta. Tyros (*inquit Plin. lib. 5. cap. 19.*) quondam insula prælato mari septingentis passibus diuisa, nunc vero Alexandri eam oppugnantis operibus continens. Olim portu clara, v. bibus geaitis Lepti, Vicia, & illa Romani imperij æmula terrarum orbis auidæ, Carthagine, etiam Gadibus extra orbem conditis. Nunc omnis eius nobilitas conchylio, & purpura constat. Olim Sarra fuit nuncupata, *ut ait Gellius lib. 14. cap. 6.* Vnde Sarranum ostrum pro purpura Tyria dicimus.

**Tyrius**, tyria, tyrium, adiectiuum, *ἡ ἰσὴρ.* *Virgilius 1. Æneid.* Vrbs antiqua fuit, Tyrij tenuere coloni. *Tibullus*, Quid Tyrio recubare toro? (*Idem Tibert. libro quarto,* Tyrio sub tegmine vestem indueras. *Item Sueton. in Neron. cap. 32.* Ex eum interdixisset vsum amethystini ac Tyrij coloris, &c.) Et quoniam in hac vrbe laudatissima ringebatur purpura, factum est, ut Tyrium dicamus pro purpureo. *Quintilianus 2. de Arte,* Siue erit in Tyriis, Tyrios laudabis amicis.

**Tyria maria**, pro uerbis dicebatur, de re admodum tumultuosa, periculique plena. *Fesius* putat inde natum esse proverbium, quod Pœni Tyro oriundi, adeo potentes in mari fuerint, ut omnia maria infestantes, nauigationem redderent periculofam. Vnde Tyria maria excitare, proverbialiter dicitur pro eo quod est, Ingentes tumultus commouere. *Vide Adag. Erasmi.*

**Tyrotarichus**, *τυροταριχός*. Genus opsonij, ex caseo, falfamentiffique confecti, *ἡ ἰσὴρ* edini calcus est, *ἡ ἰσὴρ* falfamentum. *Cicer. ad ratum li. 9.* Tu vero (volo enim abste gere animi tui metum)

ad tyrotarichum antiquum redi. *Et ad Att. lib. 4.* Multa in epistola tua delectarunt, sed nihil magis quam patina tyrotarichi.

**Tyrhenos**, *τυρηνός*, Romani Hetrufcos appellant, atque Tufcos, hoc est quicquid est populorum in Italia, inter Macrem & Tiberim fluuios. { GERMAN. *Wider to Italia sunft Roiscane genennet.* } Græci vero hoc eos nomine nominant à Tyrheno Atyos filio, qui è Lydia colonos in hanc regionem deduxit. Atyos enim ex prognatis Herculis, & Omphales vnus, quum sterilitate ac fame populum suum emittere cogeretur, è duobus filiis, sorte iacta, Lydum quidem regni successorem tenuit: Tyrhenum autem cum bona populi parte ad quærendas nouas sedes emisit: qui quum post longos errores in inferi maris ora sedes fixisset, totum eum tractum de se Tyrheniam, & mare ipsum Tyrhenum appellauit. *Virgil. lib. 7.* Pœnes inicit bellum Tyrhenis asper ab oris Contemptor diuum Mæzencius, &c.

**Tyrheanum mare**, *τυρηνίαν θάλασσαν*, *Stephano*, Mare inferum est: ita dictum quod Tyrheniam, hoc est Tusciam alluat: vnde & Tufcum dicitur. Vel à Tyrhenis nauis, qui se in hoc mare præcipitauerunt. Nanque hoc habet fabula, Dormientem in litore Liberum patrem adhuc puerum nauas abstulisse Tyrhenos, qui quum esset exprofectus in nauis, quod duceretur interrogant responderunt illi, Quid veller. Liber atq, ad Naxum insulam sibi sacratam. Sed quum aliud vela defecerent, iratum numen riges sibi sacratas visibus eorum obiecit: quo terrore se illi in fluctus dedere præcipites. *Hæc Seruius in illud Virgil. Æneid. Gens inimica mihi Tyrhenum nauigat æquor.*

**Tyrhéus**, tyrheci, *τυρηνός*, Latini regis armentarius, cuius seruus manuerus ab Alcanij cornibus occisus, primam belli causam præbuit inter Troianos & Læinos.

**Tyrhides**, pen. product. patronymicum, *τυρηνίδης.* *Virgil. 7. Æneid.* Ceruus erat forma præstanti & cornibus ingens, Tyrhiæ pueri quem matris ab vberibus raptum Nutribant, Tyrhéusque pater, cui regia parent Armenta, & latè custodia credita campi.

**Tyris**, *τύρις*, Græcis significat ambitum murorum: *ἡ ἰσὴρ ἡ ἰσὴρ*, hoc est à Tyrhenis inuentoribus appellatione deducta.

**Tyrtæus**, *τυρταῖος*, Archimbrotrifilius, Poeta Atheniensis fuit, aut (ut alij malunt) Milesius, elegiarum scriptor, & tibicen egregius, quem Lacedæmonij oraculo moniti ut peregrinum duces sibi adficerent, aduersus Messenios pugnaturi, sibi præfecerunt. Quo in prælio Tirtæus carminibus suis tibicæque modulis ita animos eorum inflammat, ut Athenienses insignem illam victoriam quam eo die adepti sunt, Tirtæo acceptam referrent. *De hoc Plato in libro de Leg.* O diuine poeta Tirtæe, *inquit*, sapiens certe ac bonus nobis esse videris, quia excellentibus eos extulisti laudibus qui in bello excelluerunt.

**Tyrus**, (*ut inquit Iustinus libro 18.*) fuit nomen proprium patris Didonis, qui ab aliis Belus vocatus est.

**Tysaphernes**, siue potius Tissaphernes, *ἡ ἰσὴρ*, *Suid.* Persarum Satrapa fuit, qui Cyrum minorem apud Artaxerxem fratrem criminando, causa extitit eius belli, quod postea inter fratres emerfit. Occisus tandem fuit eiusdem Artaxerxis iussu, quod in Asia rem gerens aduersus Agesilaum, omnia proditione agere videretur. *Vide Xenophontem rerum Græcarum libro 4. & de Cyri minoris expeditione lib. 1.*

**Tysias**, siue potius Tisias, *ἡ ἰσὴρ*, Rhetor fuit Siculus qui post Coracem dicendi præcepta condidit. *Autor Cic. 1. de Inuent.*

**Tyttygius**, *ἡ ἰσὴρ*, Latro fuit & plagiarium in Arcadia, qui res alienas quas furto abstulerat, venditabat: eoque quæstu diues factus est. *Zenodotus apud Erasimum in Chiliadibus.*



lo interfecto, & in partes quinque & viginti discripto, regum occupare est conatus. Tandem tamen ab Iude victus, meritis impetratis sibi luit penam.

**TYPHON**, typhonis, { ΤΥΦΩΝ } GALL. Vn tourbillon de vent impetueux. ITA. Nembo di venio. GER. Ein windbraut/windwurbel. HISPA. El torbellino, vientor emollinado. ANGL. A whirl wynde with great force. Flatus vorticosus, mira velocitate, sed sine igne nube erumpens. Plin. l. 2. c. 48. Sin vero depressio sinu arctus rotati effugerint sine igne, hoc est, sine fulmine, vorticem faciunt: qui typhon vocatur, id est, vibratus eonephias. Defert hic secum aliquid abruptum e nube gelida conuolvens, versansque, & ruinam suo illo pondere aggregans, & locum ex loco autenas rapida vertigine: precipua nauigantium pestis, non autenas modo, verum ipsa etiam nauigia contorta frangens. A. Gellius Noctium Atticarum lib. 19. c. 1. Qui turbines etiam trebriores, & celum atrum, & fumigantes globi, ac figurae quaedam nubium metuenda, quas typhonas vocabant, impendere, immineretque, ac depressa nauem videbantur. Prodoit autem hac dictio priore syllabam. Luc. lib. 7. Et trabibus mistis auidos typhonas aquarum.

**TYPUS**, { ΤΥΠΟΣ } GALL. Type, premiere forme de quelque chose. ITA. Forma, stampa. GER. Ein vorbild/ form seu etwas gestaltet/ model. HISPA. Forma, figura, molde. ANGL. The forme, shape or figure of any thing. Latine forma, figura, adumbratio rudis, exemplar, umbra, & veluti imago quaedam alterius rei. Cic. ad Attic. lib. 1. Epist. l. 6. Præterea typos tibi mando, quos in rectoria, &c. Hinc Prototypa, dicta sunt opera, quæ ante typos facta sunt, Eclypa vero, quæ ex ipsis sunt formata typis. Plin. lib. 35. cap. 12. Dibutades primus personas regularum extremis imbricibus imposuit, quæ inter initia protypa vocauit, postea idem eclypa fecit, Archetypa autem dicuntur prima & principalia exemplaria, quæ non aliunde sunt desumpta, neque ad aliorum similitudinem efficta, cuiusmodi vulgus vocat originalia. Typi item, teste Gell. libr. 1. quemadmodum & typographæ, à Græcis dicuntur, quas nos descriptiones appellamus, quæ rudiores sunt, minusque exactæ quam æque, quas nos fitiones vocamus. Typus item dicitur figura & umbra & veluti imago & symbolum veritatis. Sic vetus Testamentum noui typum esse dicimus.

**TYPICUS**, a, um, τυπικός, id est, mysticus, vmbra, allegoricus. **TYRAS**, siue Tyras, ΤΥΡΑΣ, Ptolemao. Fluius est sub Boristhene, Sarmatas dirimens à Dacis, & non procul ab Istri ostium in Pontum Euxinum illabens: vbi & oppidum habet sui nominis. Vide Plin. l. 4. c. 2. & Ptol. l. 3. c. 5. Ouid. 4. de Pont. Eleg. 10.

Parthenusque rapax, & voluens laxa Cynapes  
Labitur, & nullo tardior amne Tyras.

**TYRAGETAE**, τυραγῆται, Populi sunt Sarmatici, Insulam Ponti Euxini incolentes, quæ distat à Pseudostomo Istri cxxv. m. pass. Autor Plin. l. 4. c. 12.

**TYRAMBÆ**, tyrambes, τυράμβη, Oppidum est Sarmatiæ Europæ, nonnihil supra Tanaïdis ostia in Mæotin paludem influens. Autor Ptol. lib. 5. c. 4.

**TYRANNION**, τυραννίων, Amisenus, discipulus Hestæi Amieni, nobilis Grammaticus, tempore magni Pompeij docebat Romæ. Ductus est Romam à Lucullo, captus in bello Mithridatico. Prius dicebatur Theophrastus: mutauit autem nomen, quod inter æquales superbis versaretur moribus. Clarus & diues ob doctrinam factus aded est, vt supra triginta milia librorum possideret. Decessit senex morbo podagria. Tyranion iunior è Phoenice, discipulus prioris, à quo nomen sibi usurpauit, quum prius Diocles vocaretur. Captus & ipse Romam ductus, à quodam Dymante Cæsaris liberti emptus, deinde dono datus Terentiæ Ciceronis, ab eaque liber factus, ludum Romæ aperuit. Scripsit libros LXVII. Vtriusque autor Suidas.

**TYRANNVS**, τυραννός, Nomen proprium sophistæ, qui scripsit de diuisione orationis libros x. Autor Suid.

**TYRANNVS**, tyranni. { ΤΥΡΑΝΝΟΣ } GALL. Tyrant, seigneur, ou seigneur cruel. ITA. Tiranno, signore. GER. Wort seuten hies es in dñg jeh eln wüterich/tyran. HISPA. N. Tyranno, senor, o senor iniusto. ANGL. A tyrant or cruele lord. [Dicitur Tyrannus a tyrano, id est, à dominandis populis.] Apud veteres in bonam partem dicebatur pro domino, rege, seu monarcha, qui plenam habebat in subditos potestatem. Ab initio enim, Trogo teste, omnium ciuitatum, regionumque imperium penes reges fuit: quod ad huiusmodi fastigium maiestatis, non ambitio popularis, sed spectata inter bonos moderatio prouehat, qui etiam tyranni, ob fortitudinem vocabantur. Virg. 7. Aeneid. Pars mihi pacis erit, dextram tetigisse tyranni. [Plaut. pseud. sc. 4. a. 2. Te te Tyranne, te volo, qui imperitas Pseudolo (id est here.) Idem Plaut. Curc. sc. 3. a. 2. Ne Strategus, nec Tyrannus, nec Agoranomus, &c.]

Postea tamen tyranni nomen ad illos solum restrictum est, qui per insolentiam imperij viribus abutebantur, & vi & quadam animi libidine dominabantur, non iure & legibus æquis, Cic. 2. Offic. Nec vero huius tyranni solum, quem armis oppressi pertulit ciuitas, meritis declarat, quantum hominum oppidum valeat ad pestem, sed reliquorum similes exitus tyrannorum. Ouidius 1. Metam. Arcados hinc sedes, & in hospita tecta tyranni Ingredior. Latè tyrannus. Horat. 3. Carm. Od. 17. Qui Formiarum moenia dicitur Princeps, & innantem Maricæ Littoribus tenuisse Lyrim. Latè tyrannus. Hoc est, latè regnans, amplum regnum possidens. Sic Virg. 1. Aeneid. Hinc populum latè regem, & c. pro, Latè regnante.

**TYRANNIS**, tyrannidis. { ΤΥΡΑΝΝΙΣ } GALL. Tyrannie, seigneurie. ITA. Tirannide, tirannia. GERMA. Tyranny/ ein grausamme

wüteriche herrschung / nitte nach billigkeit/ sonder mütwillen. HISPA. Tyrannia, senorio. ANGL. Tyrannie, lordship. Dominatio, monarchia, (uuum ac violentum imperium. Iusten. Sat. 8. Quid Nero tam saeva, crudaque tyrannide fecit? Ouid. 13. Metam. odiouque tyrannidis exul Sponte erat.

**TYRANNICUS**, tyrannica, tyrannicum. { ΤΥΡΑΝΝΙΚΟΣ } GALL. Tyrannique, cruel. ITA. Cosa tyrannica, crudelle. GER. Wüterich/ tyrannisch. HISPA. Cosa de tyranno, senor iniusto y cruel. ANGL. Cruell. Quod est tyranni, hoc est, crudele & superbum. Cic. 1. de Legib. Aut si omnes Athenienses delectarentur tyranoicis legibus, num ideo hæc leges iustæ haberentur. Idem de Inuent. Quod tarrum, crudele, nefarium, tyrannicum factum esse dicamus, per vim, per manum opulentam, quæ res ab legibus, & ab æquali iure remotissima est.

**TYRANNICÈ**, aduerb. Crudeliter, violenter, & more tyrannorum. ΤΥΡΑΝΝΙΚΩΣ. GALL. Tyranniquement, cruellement. ITAL. Crudelmente. GER. Wie ein wüterich/ tyrannisch wies. HIS. Cruelmente. ANGL. Cruelly, like a tyrane. Cic. 5. Verr. Nunc vt hoc tempora ea, quæ regè, seu potius tyrannicè statuit in aratores Apronius, prætermittam.

**TYRANNOCTONUS**, ni, pen. corr. { ΤΥΡΑΝΝΟΚΤΟΝΟΣ } GALL. Qui a tuè ou fait mourir vn tyrant. ITA. Vcciditore, ammazatore del tyranno. GERMA. Ein tyrannentöder. HISPA. El que mata algun tyranno. ANGL. That slayeth a tyrant. Tyrannicida, percursor tyranni: a verbo κτίνω, quod est interficere. Cic. ad Attic. 14. Suffulisse m. hi videtur simulationem desiderij adhuc quæ serpebat in dies, & inueterata verebat ne periculosa nostris tyrannoctonis esset.

**TYRANNICIDA**, dæ, penultim. produc. gen. masc. Qui tyrannum occidit. { ΤΥΡΑΝΝΟΚΤΟΝΟΣ } GALL. Qui a tuè vn tyrant. ITA. Ammazatore del signore. GER. Ein tyrannentöder/ der ein wüterich vmbtödt. HISPA. El que mata el senor iniusto. ANGL. That killeth a tyrant. Plin. l. 7. c. 23. Non iudicauit Harmodium, & Aristogitonem tyrannicidas.

**TYRANNICIDIUM**, tyrannicidij, Tyranni cædes, { ΤΥΡΑΝΝΟΚΤΟΝΙΑ } GALL. Occision d'vn tyrant, cuement de tyrant. ITA. Vccisione di vn tyranno. GER. Ein erschlagung eines tyrannen. HISPA. Matança de tyranno. ANGL. The slaughter of a tyrant. Quinl. l. 7. c. 4. Tyrannicidium est occidere tyrannum.

**TYRES**, τυρός, Fluius est Sythiæ, secundus ab Istro, teste Herodoto libro 4. Idem proflus cum eo, qui à Ptolemao Tyras, à Plinio Tyra appellatur. Huius fluij ripas olim accolabant populi Græci, qui à fluij nomine Tyritæ dicebantur, teste Herodoto loco iam citato.

**TYRIAMETHYSTVS**, τυριαμῆστος, Amethysti color, Tyria rufus purpurei inebriatus. Plin. lib. 9. c. 41. Non est satis abstulisse gemmæ nomen amethystum: rursus absolutus inebriatur Tyrio, vt sit ex vitroque nomen improbum Tyriamethystus, similitque luxuria duplex. Ex Plin. l. 9. c. 41.

**TYRIANTHINVS**, a, m, pen. corr. τυριανθίνος, Vox est ex Tyrio & ianthino composita, colorem significans, qui resultat ex ianthino, hoc est, violaceo, rufus Tyria purpura inebriato.

**TYRIACHINÆ**, dicuntur vestes colore huiusmodi infectæ. Martial. lib. 1.

Sic interposito vilis contaminat vaeto  
Vrbica Lingonicus Tyriantha bardocucullus.

**TYRIDATES**, seu potius TIRIDATES, τυριδάτης, Vologesis Parthorum regis frater, qui Neromis principatu Roman venit, & Regni Armeniæ diadema ab eo accepit. Vide Tacitum Annal. lib. 6. c. 7. Et Sueton. in Nerone. c. 13.]

**\*TYRINTHIA**, vel Tyrius, aut Tyrins, Ciuitas Argis vicina, in qua niritus est Hercules, qui inde Tyrinthus dictus est. Virg. 7. Aeneid. vt notat Seruius, postquam Laurentia victor, Geryone extincto, Tyrinthus attingit arua, Tyrrhenoque boues in flumine pauit Iberas. \*Tyrintia Alcæene, Amphyrion fuerit, quam te Tyrintia cepit.

**TYRITACE**, Tyritates, τυριτάκη, Vrbs est Colchorum ad Phaidis ripas. teste Plin. l. 6. c. 4.

**TYRO**, tyonis, Nouus miles, & fortis ad militiam exercendam. ΤΥΡΩΝ. GALLIC. Apprenti, nouveau soldat, bachelier aux armes. ITA. Tirone, soldate nouello. GERMA. Ein neuer obet junger triegeman so man erst anfâret. HISPA. Nouicio en la guerra y armas. ANGL. Apprentis, or young man of warre. Cic. 2. Tuscula. Etas tyronum plerumque melior: sed ferre laborem, contemnerè vulnus, consuetudo docet. Liuius 10. bell. Macedon. Veteribus militibus tyrones immisceantur. [Senec. c. 3. de Consol. ad Heluiam matrem. Tyrones laucij vociferantur, veterani contra.]

Per translationem Tyrones generaliter appellamus, qui prima in arte aliqua ponunt rudimenta, & c. unde pro rudi adhuc & nouicio gladiatore posuit Suetonius in Casare, Tyrones neque in ludo, neque per lamistas. Sic adolescentes quandoque rogam sumebant, & barbaram ponebant, eloquentiamque in foro auspicabantur, Tyrones dicebantur, & illa prima actio, tyronium. [Idem ait Ouid. 3. Fasti. Senec. lib. 3. Declam. Ille in foro primùm dicitur, tyro dictus est. Sueton. in Nerone. cap. 7. Deductus in forum tyro, populo congiarium, militi donarium proposuit, iudicta decurstone.]

Sunt qui scribant Tyro per i nostrum, & melius fortassis. Arditror enim Gæram dictionem non esse.

**TYRONEVS**, diminut. Pro iuuenulo, qui prima in arte aliqua cepit ponere rudimenta. { ΤΥΡΩΝΙΣ } GALL. Leune apprenti. ITA. Giouane che si ammaestro discepolo. GERMA. Ein lehrndbitt. HISPA. Nouicio discipulo. ANGL. A little young man of warre or apprentis. Plin. Iun. in Ep. Quod me, quamuis tyronculum incitauit ad emendum, hoc est, rudem, & nondum satis exerci-



bere. *Idem Attico*, Scribes aliquid, si vacabis. Nonnunquam eum ablativo præcunte præpositione a, vel ab. *Plin. Epist. 51*. Doctissimi sermonibus dies transigebat, quum à scribendo vacaret, id est, quum à scribendo superfederet. *Cicer. in Bruto*, Nullum tempus ei vacabat, aut à forensi dictione, aut à scribendo, aut à cogitando. *Idem de Natura deorum*, An dii ab omni oratione & administratione rerum vacant. Vacare animo, est curis solutum esse. *Cicer. 1. de Divin.* Si vacas animo, neque habes aliquid quod huic sermoni præteruertendum putes. ¶ Vacat mihi, impersonaliter, id est, otium vel vacuum tempus est mihi. *Idem 2. de Nat. deor.* Aliquando tamen datus non exprimitur. *Virgilius 2. Æneid.* Sed si tantus amor casus cognoscere nostros, Et vacat annales nostrorum audire laborum. *Iuuenalis Satyra prima*, Si vacat & placidi rationem admittitis, etiam, id est, si otium est vobis. Quandoque ponitur pro curæ esse. *Quintilianus libro 11. cap. 1.* Et cui esse dicitur vacet. [*Quid. Eleg. 2. lib. 5. Trist.* An magis infirmo non vacat esse mihi? *Ibidem Eleg. 1. lib. 2. Trist.* Non vacat exiguis rebus adesse Ioui.] Vacare populo, est operam populo dare & inferuire, *χρηματίζειν*. Aliet vacare populo, significat liberum esse à populo, popularique iudicio. *In quem sensum Cicero videtur libro 2. Tusculan. question.* accipere, quum ait, Amplitudo animi vna est omnium rerum pulcherrima; eoque pulchrior, si valet populo, nec plausum captans, se tantum ipsa delectet.

**Vacans**, Qui otiaur. { *נבדד* *nirpêb. σχολάζων, σχολάζω.* GAL. Qui est sans affaires, qui ne fait rien. ITAL. *Chi sta in otio, senza lavorare.* GERM. *Müßig.* HISPAN. *Ociofo.* ANGL. *That is idle, or at leisure.* } *Calvus ad Cicer. libro 8.* Hoc mihi ceterum ac iucundissimum vacanti negotium erat, tecum id otij tempus consumere. *Ouid. 9. Metamorphos.* Nec petiit horamque, antimumque vacantem. Vacans mulier, pro vidua dicitur in leg. 5. D. de vi public. Qui vacantem mulierem rapuit, vel nuptam, ultimo supplicio punitur.

**Vacanter**, aduerbium, Sine causa, frustra, superflue. { *καταπραΰτως.* GAL. Auec grand loisir, inutilement. ITAL. *Con grandi otio, inutilmente.* GERM. *Wnuyßig.* HISPAN. *Ociofo de saproue cada mente.* ANGL. *with great leisure, in vaine.* } *Gell. 1. 7. c. 10.* Vacanter hoc cumulauit & inaniter.

**Vacatio**, onis, verbale, Cessatio, immunitas, feriaz. { *יחבבתי* *ichêbeth. σχολή.* GAL. Vacation, dispense, immunité, exemption. ITAL. *Cessatione, immunità, sessione.* GERM. *Mußigung / müßig, stillstand.* HISPAN. *Vacation, obra de vacar.* ANGL. *Leisure, ceasing from work.* } *Cæs. 6. bel. Gall.* Militiæ vacationem, omniumque rerum habent immunitatem. Habere vacationem, id est, cessare, intermittere. *Cic. 4. Academ.* Sed quum Sacerdotes deorum vacationem habeant, quanto æquius, &c. Dare vacationem, id est, cessationem vel immunitatem alicui permittere. *Cic. 6. Ver.* Vacatio data est ab illo, &c. [*Senec. cap. 2. de Consol. ad Heluiam.* Nullam tibi fortuna vacationem dedit à grauissimis luctibus. Galli dicunt Relas. her aucun.]

**Vacuuus**, a, um, idem quod vacuus, *Plaut. pseud. sc. 5. a. 1.* Fac sis vacuuus ædes aurium. *Et in Casina.* Vbi bene vacuuus ædes fecisti mihi, &c.]

**Vacuitas**, atis, pro vacuitate & inanitate. *Plaut. Curc. sc. 3. a. 2.* Ita cibi vacuitate venio lassus (aliàs laxus) lactibus. Hic autem per lasses lassas, siue, ut *Nonius legit*, laxas intellige intestina inania, non plena.]

**Vacuuus**, a, um, Inanis, nihil continens, expers, exhaustus, nullus, icuius, liber. { *רק* *rek. uanis, diauon, λαρξ.* GALL. Vuide. ITAL. *Vuoto, vacuo.* GERM. *lâr.* HISPAN. *Vazio.* ANGL. *Empire, voyde.* } *Cicer. de Vniuersitate*, Nihil igne vacuum videri potest. *Cicer. in Caut.* Quid quod aduentu tuo subfellia ista vacua facta sunt? *Et paulo ante*, Quum morte superioris vxoris nouis nuptiis domum vacuam fecisses. [*Plaut. Amphitru.* Vacuus mihi venter crepirat. *Quid. Eleg. 1. lib. 2. Trist.* At si, quod malle, vacuus fortasse fuisses (à negotiis, sup.) *Idem 4. Fast.* Crimine nox vacua est (id est caret hac culpa.) *Idem Eleg. 8. lib. 4. Trist.* Vacuos secedere in hortos. *Seneca cap. 13. de Consol. ad Mari.* Vacuum Pauli currum (id est sine filiis.) ¶ Vacuæ aures & eruditæ sunt, quibus opponitur occupatus. *Quintilian. Ouid. Eleg. 1. lib. 2. Trist.* Atque vitiam reuocet animum paulisper ab ira, Et vacuo iubeas hinc tibi pauca legi. *Quintilian.* Vacua causarum conuictiis implent.]

¶ Aliquando item vacuum accipimus pro vasto & spatiofo. { *רקהב* *racbâb.* } *Virgilius 3. Georg.* Saltibus in vacuis pascant & plena secundum Flumina. *Idem 7. Æneid.* Quem pueri magno in gyro vacua atria circum lotenti ludo exercent. Sic etiam ætrem vacuum esse dicimus, siue propter insignem vastitatem, qua terram & mare multis partibus exuperat: siue quod in eo nullum conspicitur corpus. *Virg. 3. Georg.* Namque elati sublimem videntur ætra per vacuum ferri atque assurgere in auras. Quo in loco *Virgilius* Lucretium videtur imitatus, qui inane neutro genere pro ære posuit. Longum, inquit, per inane ne soluit. ¶ Vacua pecunia dicitur, quæ est otiosa, nullam pariens vxuram. *L. 28. D. depositi.* ¶ Vacuus animus, ociosus, nullis curis, nullis negotiis irretitus. { *נבדד* *nirpêb.* } *Cicer. de Claris Orator.* Nunc verò, inquit, si es animo vacuo, expone nobis quod querimus. ¶ Vacuos habere dies, id est, nullis rebus dedicatos. Vacuus equus, qui sine fessore est. *Luius 7. belli Punic.* Vacuus paulò post equus, errans per vrbem cognitus, &c. Vacuum remum trahere, est remum inutiliter, in cassum, frustra trahere. ¶ Iungitur aliquando genitiuo. *Plaut. in Bacchid.* Valens, afficiat me iam vacuum virium, id est, inualidum. *Terent. in Heaut.* Vacuum tempus ne quod dem mihi laboris. ¶ Aliquando ablatiuo sine præpositione. *Cicer. 2. de Finib.* Quum va-

cuis curis etiam quid in cælo, scire auemus. ¶ Aliquando cum præpositione. *Cic. ad Attic.* Sin eris ab isto periculo vacuus, &c. ¶ Vacui ab omni sumptu, Expertes, soluti ac liberi. *Cicer. 2. Ver.* Verum ut opinio mea fert, his quidem temporibus in omni orbe terrarum, vacui, expertes, soluti ac liberi fuerunt ab omni sumptu, molestia, munere. ¶ Venire in vacuum, Succedere in locum alicuius. *Horat. 2. Ser. Sat. 5.* & siquis casus puerum egerit Orco, In vacuum venias. ¶ Vacuissimus. *Ouid. 3. de Ponto,* Nec rursus iubeo, dum sit vacuissima quæras: corporis ad cultum vix vacat illa sui.

**Vacuitas**, vacuitatis, Inanitas, absentia, priuatio. { *ריק* *rik ריק חסר.* GAL. Vuidange, vuideté. ITAL. *Esso esser vuoto.* GERM. *lâr. enttedigug.* HISPAN. *Vn'cedad.* ANGL. *Empiness, voydness.* } *Cicero 1. de Offic.* Adhibenda est vacuitas ab angoribus. *Idem 5. Tuscul.* Securitatem autem nunc appello vacuitatem ægritudinis, in qua vita beata posita est.

**Vacuo**, vacuus, Vacuum facio, vacuum reddo, euacuo. { *ריק* *herik.* GAL. Vuid. ITAL. *Vuotare.* GERM. *lâr.* HISPAN. *Vaziarlo que esta lleno.* ANGL. *To make empty or voyde.* } *Mari. libro 11.* Si redeant veteres ingentia nomina partes, Elysiu licet si vacuare nemus. *Colum. libro 3. cap. 13.* Opus est autem perito, ac vigilante exactore, qui ipsam erigi iubeat, sulcamque euacuari.

**Vacuefacio**, idem quod vacuo. *Macrobi. Saturn. libro 1. cap. 2.* A præextato venia postulando mihi in cœna vacuefecisti locum. **VACORIVM**, *vaciorum*, Vrbs Norici apud *Procl. l. 2. c. 14.*

**VACVNA**, pen. prod. à vacando dicta, est dea, quæ præesse vacantibus, & otiosis putabatur. { GERM. *Ein göttin der müßiggenger.* } cui, quum agricolæ à laboribus ruris vacarent, vt post perceptos fructus requiescerent, per hyemem vora soluebat, & sacrificabant. *Ouid. 6. Fastor.* Nam quoque quum sunt antequæ sacra Vacunæ, Ante Vacunaleis stantque, sedentque focos. Hæc in agro Reatino insignia habebat nemota, quorum meminisse *Plin. l. 3. c. 12.*

**VADIMONIS**, Lacus in Vmbria est, non procul ab Ameria, opacam habens syluam sibi innatantem, quæ nunquam die ac noctu eodem visitur loco. *Autor Plin. lib. 2. c. 95.* ¶ Huius item lacus meminit *Plin. in Epist. Exegerat (inquit) locer meus*, vt Amerina sua prædia inspicerem, hæc perambulanti mihi ostenditur subiacens lacus nomine Vadimonis.

**VADIS**, huius Vadis, Ab antiquis dictus est sponsor ia causa tam pecuniaria, quam capitali. { *ערב* *horêb* *ערבנות, פנעס.* GAL. *Pleige.* ITAL. *Seguria.* GERM. *Ein burg in etnen handt so teib vnd lãben bepfiff.* HISPAN. *Fia dor de la persona.* ANGL. *A pledge or suretie.* } Vide in dictione **VAS**.

**Vadimonium**, vadimonij, Est sponsio quædam standi, comparandique in iudicio ad diem præstitutam, per se, vel per aduocatos, quod deferere non licet. { *תערוכה* *aharubâb* *תערוכה* *herabôn.* GAL. *Ergebin, d'empere d'istoy.* GALL. *Promesse & obligation de comparoitr en iustice.* ITAL. *Obligo di comparere en giudicio.* GERM. *Ein getobung oder verbürgung zum rechten auff ein bestimpten tag iustitsein.* HISPAN. *Fianza de la persona.* ANGL. *A promise or bande to appeare at the tyme appointed, a ma inprife.* } [*Plaut. Curc. sc. 3. a. 1.* Vbi tu es, qui me conuadatus es Veneris vadimonis, Vb: tu quæ me libello Venerio citasti, Ecce me.] *Seneca*, Vadimonium promittimus, & tamen deseritur. *Virg. 1. Georg.* *Cicero pro Quintio*, Ad vadimonium non venit: qui tibi prædò semper fuit? *Et paulo post*, Non dubitauit, inquit, quum vadimonium desertum esset, bona proferbere. ¶ Vadimonium deserere, & vadimonium sistere opponuntur: Sistere enim est iniudicio comparere seque præsentem exhibere ad statutam diem: *Cato apud Gellium cap. 14. libro 2.* Quid si vadimonium obuoluto capite stitisses. *Et paulo post*, Quoniam sisteretur vadimonium, non staretur, &c. *Idem Gellius*, Vadimonium promittere in diem locumque, & sistere se, & Vadari, quid sic docet *cap. 1. lib. 7.* ¶ Vadimonium promittere, est promittere comparere in iudicio ad diem præstitutam, per se vel per aduocatum. *Cicero 5. Verrina*, Statuit iste, vt arator decumano, quod vellet decumanus, vadimonium promitteret. Vadimonium constituere, est diem assignare, vt loquuntur, quo quis in iudicio comparere debeat. *Cicer. de Senectute*, Omnia quæ curant meminerunt, vadimonia constituta, qui sibi, cui ipsi debeant. Vadimonium deserere, est non comparere in iudicio ad diem præstitutam. *Plin. in præfatione Naturalis historia*, Inscriptions, inquit, propter quas vadimonium deserit, id est, inscriptions librorum tam ampla & magnifica pollicentes, vt propter eorum librorum aut lectionem, aut recitationem vadimonium deserit possit. Differre vadimonium, est differre diem contentionis, quo reus in iudicio comparere promiserat. *Plinius libro 7. cap. 53.* Bedius Iudex quum vadimonium differri iubet. Vadimonium missum facere, est vadimonij obligationem remittere, condonareque. *Cicero pro Quintio*, Qui quo tempore primum male agere cepit, in vadimonis differendis tempus omne consumpsit: qui postea quoque vadimonium missum fecerit. Vadimonio obstricti, hodie dici possunt, qui ob crimina in iudicium vocati à iudicibus, vt sit, imperarunt vt aut sua, aut sponsorum fide dimittantur, ea lege vt in diem certum, aut quandocunque iudici visum fuerit, ad iudicium sistantur: quos *Elargius* vulgus barbarorum vocat. Concipere vadimonium, est exprimere certam formulam vadimonij, id est, standi, comparandique, &c. *Cic. Quint. Frat. lib. 2.* Negat enim in tanta multitudine eorum, qui vna essent, quenquam fuisse qui vadimonium concipere posset.

**Vador**, aris, verbum commune, secundum *Priscianum*, Denuntio aduersario vt in ius veniat, & eius rei sponsores accipio. { *κατα*





LITTEra vocalis est, quæ sæpe in consonantem trãsit: & modò vim simplicis habet: vt, apud *Virgil.* Quum tales animos iuuenum, & tam certa tulistis Pectora. Modò duplicis, vt Cupiui, cupiueram, in quibus i, ante consonantem u posita, producitur, & eadem subtracta corripitur. ¶ Aliquando u consonans per diæresin ratione carminis in vocalem correptam mutatur. *Horatius in Epod.* Niuêsq; deducunt Iouem, Nunc mare, nunc syluæ. ¶ Interdum à vocali transit in consonantem: vt Nauta, nauita: Gaudeo, gauisus. Quandoque amittit vim literæ, quum subditur post q aut g: vt Aliquis, Sanguis. Idem sit antecedente s: vt Suauis, suetus. Transit quandoque per deriuationes in a, vt Veredus, veredarius: in e, vt Pondus ponderis: Deierat pro deiurat. Contrã, antiqui Auger, pro auger dicebant. Similiter in gerundiis, quæ à tertia coniugatione nascuntur, loco e scripturarunt u: vt Faciendum pro faciendum. ¶ In compositione etiam u sæpe mutatur in i correptam: vt Cornu, corniger: Arcus, arcitenens: Fatum, fatidicus: Aurum, aurifex: luctus, luctificus: Fluctus, Fluctiuagus: Magnus, magnificus: Opus, opifex. Scribebant etiam antiqui Carnufex pro carnifex, & Lubens pro libens. Pessumus pro pessimus: quorum innumera occurrunt exempla apud Comicos. Hæc litera interdum quandoque ponitur pro y: vt Sulla pro Sylla, Sullanus pro Syllanus. Eadem maiuscula significat quinque.

V ante A

VACAMANA, Oppidum Hispaniæ Bæticæ, in conuentu Hispalensi apud *elin. lib. 3. cap. 1.*

VACANTER, Vide VACO.

VACA, Numidiæ oppidum mediterraneum, emporium totius regionis maximè celebratum, quod Metellus Iugurthæ ademptum præsidio firmavit. *Autor Salust. in Iugurth.* ¶ Est item Vaca apud *Plin. lib. 4. cap. 21.* Lusitanicæ fluius, inter Mundam & Duriam, in occidentalem influens Oceanum. ¶ *tolemæus* vacuum appellat, *Strabo* vacuam.

VACCA, per duplex c, Bos femina. { *הַבַּיִת הַשֵּׁנִי פָּרָאָה*, *Cods.* ¶ *GALL.* Vache. *ITALIC.* Vacca, madra del bue. *GERMANIC.* Ein kuh. *HISPAN.* La vaca. *ANGLIC.* A cowe. } *Cicero. 1. de Natura deorum.* Cur non gestret taurus equæ contrectatione, equus vacca? *Varr. 2. de Re rustic. cap. 5.* Discernuntur in prima vitulus & vitula: in secunda, iuuenus & iuuenca: in tertia & quarta, taurus & vacca. *Virgil. 4. Æneid.* Ipsa tenens dextra patieram pulcherrima Dido Candentis vaccæ media inter cornua fundit. *Quidius 2. de Arte.* Cynthis Admeti vaccas pauise per æstus Ferræ, & in parua deliruisse casa. *Virg. 6. Æneid.* sterilemque tibi Proserpina vaccam. Vacca quæ sterilis est, *Varroni* Taura appellatur.

VACCUla diminutiuum. { *שֵׁטֶל*, *GALL.* Vachette. *ITALIC.* Vachetta. *GERMAN.* Ein tüsteltelne kuh. *HISPAN.* Pequenna vacca. *ANGL.* A little cowe. } *Virg.* Vaccula nonnunquam secreta cubilia caprans.

VACCINUS, aum, penultim. product. Quod est ex vacca. { *שֵׁטֶל*, *GALL.* De vache. *ITAL.* Vaccino, di vacca. *GERMANIC.* Kübin von etner kuh. *HISPAN.* Cosa de vaca. *ANGL.* Osa cowe. } *Plinius libro 24. cap. 3.* Cortex illinitur decoctus lacte vaccino, serpentis plaga.

VACCANI, Populi mediterranei citerioris Hispaniæ, Duria amne ab Asturibus secreti, *שֵׁטֶל*, *Prot. Autor Plin. lib. 4. c. 20.*

VACCVS, Fundanorum dux fuit, qui in Priuernati bello à L. Papyrio captus, rebellionis suæ poenâ dedit. *Cicero* pro domo sua, In Vaccipratis domus fuit M. Vaccii, quæ publicata est & euerâ, vt illius facinus memoria & nomine loci notaretur.

VACETRã, vacerræ. Palus vel stipex humi defixus ad castra munienda vel hortos claudendos. { *יָתֵבִי שֵׁטֶל*, *mot. o. d. l. o. f. p. d. o. s. u. l. o. s.* *GALL.* Vne cloison en façon de treillis. *ITAL.* Palo da ligare i cauali alla mangiatora. *GERMAN.* Ein pfat ober staub. *HISP.* Estaca para atabar bestias o otra cosa. *ANG.* A stake to tie herfes unto. } *Col. lib. 9. cap. 1.* de viuariis claudendis loquens, Vbi verò neutrum patrifamilia conduct, ratio postulat vacerris includi. Sic enim appellatur genus clathrorum, idque fabricatur ex robore, queren, vel subere, *Et mox.* Satis est vacerris inter octonos pedes desigere, serisque tranuersis ita clathrare, ne

spatiorum laxitas, quæ foraminibus interuenit, pecudi præbeat fugam. *Et paulo post.* Nam & vacerris fabricandis ingens est in Gallia materiæ copia, & cætera in hanc rem feliciter suppetunt. ¶ *Vacerram, inquit Festus.* Ælius & alij complures aiunt esse stipitem, ad quem equi solebant religari. Alij dicunt maledictum significari hoc nomine acerbitatis magnæ, vt sit vecors & velanus.

VACILLO, vacillās, vacillare, Noto, labo, fluctuo, titubo. { *וָאִילָה*, *ma. hāab*, *וְדַמַּי*, *שֵׁטֶל*, *שֵׁטֶל*. *GALL.* Vaciller, varier, branster çà & là, & n'estre constant. *ITAL.* Vacillare, non offer costante. *GERMAN.* Schwanken: unbeständig sein. *HISPANIC.* Titubar o bambancar. *ANG.* To wag or wauer, to moue unconstantly. } *Cicero. ad Atticum libro 12.* Sed quòd scribis igniculum matutinum *שֵׁטֶל*, *שֵׁטֶל*, est memoria vacillare. *Idem 1. de Natura deorum.* Sed & ille reprehensus à multis est, nec vos exitum reperitis, totaque res vacillat & claudicat. *Idem 3. Officiorum.* Iustitia vacillat vel iacet potius. Vacillare item testis dicitur, qui in dicendo testimonio non satis sibi constat, & modò negat quod paulò antè affirmarat.

VACILLATIO, vacillationis, verbale. { *וָאִילָה*, *שֵׁטֶל*, *שֵׁטֶל*. *GAL.* Vacillation, branlement çà & là. *ITAL.* Vacillamento, sciorlamento. *GERMAN.* Schwankung, das gnappin. *HISPAN.* Obra de bambancar y titubar. *ANGL.* A wagging or wauering. } *Quint. 1. 11. cap. ult.* Est & illa indecora in dextrum ac læuum latus vacillatio, alternis pedibus insistentium.

VACILLANS, vacillantis, participium. *Cic. Tironi lib. 16.* Accepi tuam epistolam vacillantibus literulis, id est, non rectè præ valetudine scriptis. *Idem 3. Philip.* In Gilliam mutilatum ducit exercitum, cum vna legione, & ea vacillante.

VACCINIUM, vacciniij, à Romanis dictus est flos purpurei coloris, teste *Dioscoride*, quem Græci vocant *βούβορον*: quod etiam apertissime testatur *Seruius* explicans illud *Virgil. 2. Eclog.* Alba ligustra cadunt, vaccinia nigra leguntur. Quo in loco nonnulli *Seruium* immeritò reprehendunt, quòd vaccinium pro hyacintho acceptum *Maroni* affirmat. Nec obstat quòd vacciniis nigrum colorem tribuat *Virgilius*, quum purpuream quoque violam, nigram vocare solent autores: præsertim si fusciore purpureæ habeat colorem. Galli seruatis non obscuris præci nominis vestigijs *vacietum* appellant: herbam autem ipsam à quadam cæpæ similitudine, *capam agrestem*. Habet enim, *Dioscoride* teste, folia bulbi & radicem bulbaceam, caulem verò dodrantaleum, minimo digito tenuiorem, comam procumbentem, incurtamque purpureorum florum plenam. Vaccinia in Italia aucupijs sequebantur, in Gallia etiam in cæturæ. Seruorum enim vestibus purpureus coloris inducebatur, teste *Plin. lib. 16. cap. 18.* [ *Ouid. Eleg. 1. lib. 1. Trist.* Ne te purpureo velent vaccinia succo Conueniens non est luctibus ille color. ]

VACO, vacas, Do operam. { *וָאִילָה*, *שֵׁטֶל*, *שֵׁטֶל*, *שֵׁטֶל*. *GALLIC.* Vaquer & entendre à quelque chose. *ITA.* Dar opera. *GERMAN.* Obtiqul muß nem: nen/ auff etwas stuf zuwenden. *HISPAN.* Dar obra a algo. *ANGL.* To apply and giue his mynd to some thing, so be at leysure. } & construitur cum datiuo: vt Vaco Philosphæ. *Cicero. 1. de Diu. lib. Epistol. 49.* Solutus cæteris curis, huic vni vacabat. Vacare corpori, est curare corpus. *Plin. Epistol. 9.* Quod euenit mihi, postquam in Laurentino meo, aut lego aliquid, aut scribo, aut etiam corpori vaco. Iungitur aliquando accusatiuo cum præpositione in. *Ouid. 3. de Ponto, Eleg. 3.* In nullum mea mens grande vacabat opus. ¶ Interdum vacare significat vacuum esse, & sic ferè absolutè ponitur. { *בְּרֵיק*, *שֵׁטֶל*, *שֵׁטֶל*, *שֵׁטֶל*. } *Plaut. in Casina.* Ecce vacent ædes. *Cas. 1. bell. Gall.* Id ea ratione maximè fecit, quòd noluit eum locum, vnde Heluetij discesserant, vacare. Vacant agri, id est, nihil proferunt, non excoluntur. *Casus 4. bell. Gall.* Itaque vna ex parte à Sueuis circiter millia passuum sexcenta agri vacare dicuntur. [ *Senec. cap. 3. de Consol. ad Polybium.* Mens vacans ab omni labe (t. vacua.) *Idem Senec. cap. 16. de Consol. ad Mari.* Vacantem locum explere (in locum mortui filij) *Sueton. in August. cap. 44.* Facto decreto, vt quoties quid publicè spectandum esset, primus subselliorum ordo vacaret senatoribus (id est paratus esset.) ¶ Interdum accipitur pro carere. i. ique ferè cum ablatiuo nulla præcedente præpositione. { *שֵׁטֶל*, *שֵׁטֶל*, *שֵׁטֶל*. } *Cicero. lib. 9. Epistol.* Vacare culpa magnum est solatium. *Idem 1. Epistol.* Præsertim quum in quo accusabar, culpa vacarem. *Idem 1. de Natura deorum.* Cælestem ordinem, qui vacare mente putat, is ipse mentis expertus habendus est. [ *Diomedes:* Vaco scriptura militiæ. Item, aliqua præcedente præpositione: *Senec. cap. 2. de Tranquill.* Nimis diu à plausu & fragore aures vacauerunt. *Casus lib. 3. de bell. ciuili.* Vacabant ea loca à custodibus. ¶ Pro abundare. *Velleius:* Cum priuato comitatu, quem semper illi vacare moris fuit, in urbem rediit, &c. ] ¶ Interdum vacare est otiosum esse, nihil agere, vacuum esse, cessare, i. ique interdum absolutè. { *שֵׁטֶל*, *שֵׁטֶל*, *שֵׁטֶל*. } *Cicero. libro 12. Epistol.* Si ne tu quidem vacas, noli molestiam exhibere.



2. de Nat. deor. Est enim & philosophi, & Pontificis, & Cotra, de diis immortalibus habere non errantem, vagam, vt Academi- ci sed vt nostri, stabilem, certamque sententiam. ¶ Vagum, no- men herbæ dixit Plin. lib. 17. c. 4. id est, inconstans, & multis opi- nionibus obnoxium.

Vagge, aduerbium, Dispersè, diffusè. { *ϰαταρραγος, διασπαρσος*. GALL. En vagabond, çà & là, sans ordre. ITALIC. Vagabondo à foggia di vagabondo. GERMA. Hin vnd wîder vmbschwiffen. HISPAN. Vagando à manera de errado. ANG. In wandering hisher and thither. } Linius 6. bel. Pun. Qui vagè effusus per agros, palatòlque adortus, &c.

Vigor, vagaris, Hæc illuc oberro, volitro, passim voluto, non con- sisto. { *ϰαταρραγος, διασπαρσος*. GALLIC. Vaguer, aller çà & là. ITAL. Vagare, andare va- gando. GERMA. Wbbschwiffen / hin vnd hâr streichen. HISPAN. Vagare, andar vago de errado. ANGLI. To wander. } Cicer. pro Font. Hi contra vagantur lati, atque erecti passim toto foro, &c. Idem 1. de Inuent. Nam fuit quoddam tempus, quum in ægis homines passim bestiarum more vagabantur. Virg. 4. Æneid. Vitur inces- sili Dido, totaque vagatur Vrbe furens. Vagatur animus, id est, inconstans est, & instabilis. Cicer. 2. Offic. Non enim sumus, quorum vagetur animus errore, nec habeat vnquam quod se- quatur. ¶ Sunt qui illud interesse existiment inter vagor & erro, quòd vagari sit per diuersa, errare per aliena. Cicer. libr. 1. de Orat. Ne vagari & errare cogatur oratio. ¶ Inuenitur etiam Vago, as. Plaut. in Milit. Te alloquor vitij, probique plena, quæ circum vicinos vagos.

Vagans, tis, particip. { *ϰαταρραγος, διασπαρσος*. GALL. Vagant, vagabond. ITA. Chi vaga, vagabondo. GERMA. Wbbschwiffend. HISPAN. El que vaga, vagabondo. ANG. That wandreth, a vagabounde. } Cic. 2. de Diuin. Quæ igitur natu- ra, quæ volucres huc & illuc passim vagantes afficiat, vt signifi- cent aliquid?

Vagatio, onis, Ipse vagandi actus. { *ϰαταρραγος, διασπαρσος*. GALL. Mais on vague çà & là. ITAL. Lo andar vagabondo. GERMAN. Wbbschwiffung. HISPAN. Obra de vagar de espaciarse. ANGLIC. Wandring or going astray. } Linius 5. ab Vrbe, Histrubonis dum cura omnium in Veiens bellum intenta est, neglectum Anxuri præsidium vagationibus militum, & Volscos mercatores vulgò receptando, proditis repetè portarum custodibus, oppressum est.

Vagabundus, Qui sedem stabilem nullam habet, sed modò huc, modò illuc oberrans, tempus inutiliter absumit. { *ϰαταρραγος, διασπαρσος*. GALL. Vagabond. ITAL. Vagan- te. GER. Sitis vmbschwiffend. HISP. El que mucho anda vagando, vagabundo. ANG. That wandreth or strayeth. }

Vah, Interiectio est insultantis. { *ϰαταρραγος, διασπαρσος*. GAL. Escri de resouissance. ITAL. & HISP. Vah. GERMAN. Pfawo. ANGLIC. Allace, ach. } Hieronym. ad Damasum. Sicuti nos in lingua Lati- na habemus interiectiones quasdam, vt in insultando dicamus vah, & in admirando pape, & in dolendo hei, & quando silen- tium volumus imperare strictis dentibus spiritum coarctamus, & cogimus tantum sibilum in sonando st: ita & Hebræi inter reliquas proprietates lingue suæ habent interiectionem, &c. Plaut. in Mostel. V. h, quid illa potest peius quequam muliere memorari? Idem, V. h homo imprudens. ¶ Interdum blandi- entis: Plaut. pseud. sc. 3. a. 1. V. h manta Plaut. Aut. sc. 3. a. 4. V. h quam benignè. Plaut. Asinar. sc. 4. a. 2. V. h delinire apparatus, &c. ¶ Interdum est interiectio admirantis. Plaut. in Curc. Sub- egit solus intra viginti dies. V. h. c. quid mirare? Aliquando exultantis, vel lætatis. Plaut. in Bacc. Dacentis Philippeis rem pepigi. N. vah, Salus mea, feruisti me.

Vaha, Interiectio exultantis, vel ridentis. Plaut. in Casina. -vaha. s. Quid negotij est, &c.

